so loco, & in magnis, & in locupletib. copijs col-
locatus fortuna muniverib. & natura commodis
omnib. abundabit si virtutis & artium (qua
virtutis magistra sunt) egebit, quo magis ce-
teris reb. erat copiosus & illustris & expecta-
tus eo vehementius derisus & contemptus, ex
omni conuentu bonorum eycetur. 4. ad Her. 15*

*Vt cupiditasibus Principum, & vestijs infi-
ci solet ciuitas: sic emendari & corrigi conti-
nentia, 1. de Legibus. 16*

In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo
corpore noceat utri ac seorsim patimur, Et membrorum
aliquid potius, quam totum corpus in-
tereat; sic in Republica corpore, ut totū salutē
sit, quicqđ est peccatum abutetur. Philep 8.17.

Vt membra quedam amputantur, si et ipsa
sanguine, & tanquam spiritu carere corporū,
& nocent reliquis partibus corporis; sic ista in fi-
gura hominis, feritas, & immanitas belua a
communisam quam humanitate corporis se-
greganda est. 3. Offi. 18

Vt medici membrum saepe putrefactum inci-
dunt, atque in totum eradicant, ne alia corpo-
ris partem libefactare aut corrupere possit, sic
necessè est, si Remp. saltem esse volumus, ut per
ditissimos homines ex urbe penitus extirpe-
mus, ne corruptius integre, violatum casto labem
infringat. In V. atm. 19

Vt si medicus sciat eum agrotū, cui iussisset
vinum sumere, meracius sumpturiū, statimq;
peristurum, magna sit in culpa; sic doctus repre-
hendit, qui docet, eos, quos sciat doctrina per-
uerse, & improbus usuros. 3. de Nat. Deo. 20

Vt si grammaticum se professus quispiā, bar-
bare loquatur, aut si absurde canatis, qui se ue-
lis habens musicū, hoc turpis est, quod in eo sp-
so peccat, cuius profitetur sciētā, sic philosophus
in ratione vita peccans, hoc turpis est, quod
en officio, cuius magister esse vult, labitur, arte
q; tua professus, delinquit in uita. 2. Tusc. 21

Histerio, si paulo se mouit extra numerū, aut
si uersus pronunciatus est syllabae una breuior, an-
tingior, exsiblatur & exploditur in uita, qua-

et omni gestu moderatior, oī uersu aptior esse dēt,
ut in syllabate peccare dices? 3. Paradox. 22

Vt hisseremus actio saltatore motus non qui-
uis sed certus quidam est datus, sic uita agen-
da certo genere quoda, non quolibet. 3. de Fi. 23

Vt infidibus ac tibijs, quāus paululum de-
screpent, tamē id à sciente anima aduersi solet,
sic cōueniū est in Cōsta, ne forte quid discrepet.
Vel multo et magis, quo maior ē melior actio
num, quam sonorum accentus ē. 1. Off. 24

Vt in fidibus, musicorum aures vel minima
sentient, sic nos magna sape intelligimus ex
paruis. 1. Off. 25

Vt Cōsta, sic in oratione nihil est difficultius,
quām quod deceat videre. Orat ad Brut. 26

Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad
indagandum canis, sic homo ad duas res, intel-
ligendum et agendum natus est, quicq; immor-
tali Dei. 1. de Finib. 27

Quemadmodum sape fit, vt is, qui comenda-
tur fit alius, pluris eum faciat, cui comēdatus
fit quām illum, à quo ēt; sic minime mirū est,
primum nos sapientie commentari ab instiū
nature, post autem ipsam sapientiam nobis
chariorem fieri, quām illa sit, à quibus ad
hanc venerimur. 3. de Finib. 28

Vt obscuratus ē offenditur luce solis lumen
lucernæ sic rerum corporcarum actimatio splé-
dere virtutis ē magnitudine obscuretur ē
obruatur, atq; intereat, necesse est. 2. de Fi. 29

Vt multo maiora sunt opera animi, quia in
corporis sūchares, quas persequimur ingenio,
gratiore sunt, quā illo, quas virib. 2. Off. 30

*Vt maior est uis animi quam corporis. sic sunt
grauior ea, qua concepissentur animo quam il-
la qua corpore. Philip. 11.*

31

*Vt membrum turgidum ac tumidum, uscio-
se se habet ita inflatus animus & tumens, in-
uitio est. 3. Tus.*

32

*Vt ciuitas in seditione non potest esse beata,
nec in discordia dominorum dominus. sic animus
a seipso dissidens secumq; discordans, nullam
gustare partem liquiduoluptatis ac libera po-
test. 1. de Finib.*

33

*Quemadmodum oculus conturbatus, non est
probe affectus ad suum munus fugendum &
reliqua partes, totum ne corpus statim cu est mor-
sum officio suo et muners deest; sic conturbat⁹ ani-
mus, non est aptus ad exequendum mun⁹ suum. Mu-
nus autem animi, est rationi bene uti. 3. Tus.*

34

*Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur
sic animi non omnes culti fructum ferunt. 2. Tus.*

35

*Vt ager quamvis fertilis sine cultura fructu-
sus esse non pot. sic sine doctrina animi. 2. Tus.*

36

*Vt medici, toto corpore curando, minime etiam
parti, si condoluit, medeter; sic philosophia, cum
universam agitudinem subulerit, tamen si
quis error aliunde exitit; si paupertas momo-
dit, si signominia pupungit, si quid tenebrarum
effudit exilium, semper ad eundem fontem re-
uertendum est. 3. Tus.*

37

*Vt aquos propter crebas contentiones prali-
rum, ferocitate exultates domitoribus tradere
siles, ut q; faciliorsb. possint ut sic homines secu-
dis reb. effrancatos sibi q; presidente, tanquam in
litterarum rationis & doctrina d. ci oportet, ut per
speciem.*

mutuū rerum humanarum imbecillitatem,
varietatemq; fortuna. 1. Offi.

38

Quemadmodum tēperatia sedat omnes ap
petitiones, et efficit ut hac recta ratione pareat,
conservatq; cōsiderat a iudicamentis; sic huic
mimica intemperātia, oem animi statum in
summat, coniurbat, incitat. 4. Tusc.

39

Vt medici, causa morbi inuenta curatione
esse inuenta putat, sic nos egritudinis causa re
perta, medēdī faciliū atē reperiemus. 3. Tusc. 40

Quis uos casus aliter ferunt, atque ut alijs au
tores fuerunt, nō sunt uictiores, quam fere ple
tique, qui auari auaros gloria cupidos gloriose
reprehendunt. 3. Tusc.

41

Vt in causis nouimur semper eodem statu,
sed ad tempus: ad coniuronētia naturam, ad
personā accommodamus sic in agritudine lenien
da. Nam quāsi quisque curationem recipere
possit, uidendum est. 3. Tusc.

42

Visit in pralio, ut ingnauus miles ac timidus
simul ac uiderit hostē, abiecit scutofugit qua
si posset, ob eamq; causam pereat non nunquam
etiam integro corpore, cum ei, qui fletur, nihil
tale euenerit, sic quis doloris specie ferre non pos
sunt, abyciunt se atque ita afflitti et exanima
ti sacent, qui autem restiterint, discedunt sa
pissime superiores. 2. Tusc.

43

Vt onera contentis corporibus facileus ferum
tur, remisisis opprimitur, simillime animus inten
tione sui depelles pressum omnem ponderum,
remissione autem sic urgetur, ut se nequeas, ex
tillere. 2. Tusc.

44

Vt natura alijs ad aliquę morbum proclinet
L sic

sic animus alios ad alia vita est propensor. 4.
Tusc. 45

Ut turpes sunt, qui se efferrunt latitiae, tum cum
fruuntur veneris voluptatisbus sic flagitiosi; qui
eas inflammato animo concupiscunt. 4. Tus. 46

Non est necesse, tanquam meretricem in
matronarum cætum, sic voluptatem in virtu-
tum consilium adducere. 2. de Finib. 47

Ut mediocris scientiam non ipsius artis sed
bona valetudinis causa probamus. Et gubernationis
ars, quia bene navigandi rationem ha-
bet, utilitate non arte laudatur, sic sapientia,
qua ars vivendi putanda est, non experietur,
si nihil efficeret; nunc experitur, quia est tanquam
artis ex coniuvende et comparanda voluptatis. 1. de Finib. 48

Quemadmodum gubernatores optimi vim
tempestatis sic sapientes fortuna impetu su-
perare non possunt. C. Q. fr. at. 49

Sicut medico diligenter prius quam conetur en-
gro adhibere medicinam non solum morbus eius
eius mederi soles, sed et consuetudo Galentis et
natura corporis cognoscenda est; sic equide cum
aggrederetur anticipatae cam et graue ad animos
Indicium per tractados, omni mente in ea cogi-
tatione curaque versari debemus. Et odorans, et
sagacissime posimus, quid sentiat, quid existat,
quid expectent, quid velint, quo deducuntur
oratione facilime posse videatur. 2. de Ora. 50

Ut nulla materies eam faciliter ad exarationem
ducatur, qua nisi ad moto igni ignem concipere
possit, sic nulla manus est tam ad comprehendendam
vitam oratoris parata, qua posset incendi, no-

si inflammatus ipse ad eam & ardens accesserit.
2. de Orat. 51

Vt cum in sole ambulamus, etiam si aliam
ob causam ambulemus, sic natura tamen sit co-
loremur; sic cum doctorum libros studiosissimis legimus,
sentimus orationem nostram illorum can-
tu quasi colorari. 2. de Orat. 52

Vt que pectora ludunt, etiam si non videntur in
ipsa lusione artificio proprio palestro, sed indi-
cat ipse motus didicerint ne palestram, an ne-
sciat; & qui aliquid fingunt, et si eu pictura ni-
bilis videntur, tamen utrū sciat pingere, an nesciat,
non obscurū est; sic indicendo facile declaratur
virus qui dicit, ad dicendum omnibus inge-
nus artibus instructus accesserit. 1. de Ora. 53

Vt gemma quanuss abiectantur in lutu ful-
gorem tamen & proprietatem non amittunt;
sic multi qui quanuss in tenebris inuoluti fue-
runt, non tamen optimam naturam, qua non
ab homine, sed ab ipso Deo genitam putamus,
non amiserunt. In Vatis. 54

Vt membra nobis ita data sunt, sit ad quan-
dam rationem vivendi data esse appareat, sic
apparet anima, nō ad quadrupem vivere, sed
ad quadrupem formam vivendi videtur data.
itemq; & ratio & perfectaratio. 3. de Fin. 55

Vt in corporebus magna dissimilitudines
sunt (alios enim & videmus velocitate ad cursu,
alios viribus ad sustentandum valere, itemq; in
formis, alijs dignitatem inesse, alijs venustatem)
sic in animalibus existunt etiam maiores varia-
tes. 1. Offic. 56

Vt in Gracis artificibus, dicunt eos auctores
esse

esse q. citharæ disfiers non posuerunt. sic nūnq[ue] osdemus; quia oratores euadere nō potuerūt, eos ad iuris studium deuenire. Pro Murana. 57

Vt qui morte in malis ponit, non pet eā non timere sic nemo. Et in re poteſt id, quod mali decernit, non rurare. id q. timere 3. de Fine. 58

Vt equus indomitus, quanuus natura bene copositus sit, idoneus non potest esse ad easilitates. Et aptus ad ea, quæ desideratur ab equo si homo indolens, quanuus ingensosus, ad suarum non potest peruenire. 4. ad Heren. 59

Vt locus in mari sine portu nauibus non potest eatus, sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in ijs rebus, qua sub eandem rationem cadunt. 1. de lnuent. 60

Vt qui studium currit, enītē et contendere debet quam maximè possit. Et vincat, supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo debet; sic in fortisib[us] quenque petere, quod pertineat ad eosum, non insquum est, alteri diripere, tuis non est. 3. Offi. 61

Vt non omnem frugem atq[ue] arborem in omni agro reperire possit; sic non omne facinus in omnis vita nascitur. Pro Rosc. Amer. 62

Vt ignis in aquam constitutus, continuo restinguatur et refrigeratur; sic referens falsum crimen, i purissima califissimā vita collatu, statim cōcidit et extinguitur. Pro Roscio Comædo. 63

Vt tempestates sape certo aliquo tempore signo conuentur, sape improposito nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex ea concitantur; sic in comitiorum tempestate popularis, pe intelligas, quose gno comoda sit, sepe ita obscura est ut cœsu exco
taia

tata esse ideatur. Pro Muræna. 64

Vt mare quod sua natura tranquillum est,
entoru*s* et garris sedenius, ac turbari: sic po-
pulus sua sponte pacatus hominum seditionis
vocebus, & violentissimis tempestatisibus conci-
tari solet. Pro Cœlent. 65

Vt imperatores in stricta acie solent, quanq;
paratissimos milites ad præliandum videant, eos
tame cohortari; ita iuuenes ardentes et ereditis
ad laudē, ad literas sunt adhortati. Phil. 4.66

Vt si gladium paruo, puerō, aut si imbecillo
fensi aut debili dederis, ipse imperus suo nemini
nō cedit: sī ad nudum & fortissimiū viri corpus
accesserit, posuit acie ipsa, & ferri viribus
vulnerare: ita cum hominibus exortatis atq; exar-
guib[us] Consulatus tanq; gladius esset datus, qui
per se pungere neminem unquam potuissent, hi
summi imperii nomine armati Remp. contru-
cidauerunt. Pro Sest. 67

Quemadmodum theatrum cum commune
sit, recte tamen dici potest eius esse eum locum,
quem quisque occupavit: sic in urbe, mundo &
communi, nō aduersatur ius, quo minus suum
quidque cuiusque sit. 3. de Finib. 68

Vt enim necessè est lanceam in libra ponderi-
bus impositis deprimenti; sic animum perspicuis
cedere. 2. de Academ. 69

Vt fures earum rerum, quas ceperunt signa
comutant: sic multi absens sententijs profundi-
ctuntur, nomina tanquam rerum notas mu-
tantes. 5. de Finib. 70

Quemadmodū volucres sedemus procreatio-
nis atq; perditatis sue causa fingere et construe-

genitor, easdem, autem cum aliquid efficerint, leua de laboris fuit, cum possem ac libere solutus opere solitare, sic nobis animis forensibus, negotiis, atque urbano opere defessi gestissent, ac voleret esse cupiunt, & acuicura aigue labore. 2. de Orat. 71.

Ut cygni praesidetes, quid in morte boni sit, cum cunctu & voluptate morsuntur, sic omnibus. & bonis & doctis est fiscendum. 1. Tus. 72.

Ut stultitia, et si adepta sit quod concipiuit, nunquam se tamens sit consequitur, ne putat si sapientia semper eo contenta est, quod adest ne que unquam sit parvum. 5. Tusc. 73.

Ut mulieres ideo bene oleo qd nibil olent, videntur, ut et hoc ipso ornatis, oratio quod ornamenta negligat. Cic. Att. lib. 2. 74.

Ut quida morbo aliquo, & sensus stupore sua uitatem sibi non sentiunt, sic ibidemq; auari, facinorosi, vera laudis gustum non sentiunt. Philipp. 75.

Ut levitatis est, inanem auxupari rumor, ut omnes sombras et falsa gloriae confectari, sic lenis est animi lucem splendoremq; fugientis, sueta gloriam, quis est fructus verae virtutis honestissimus repudiare. In Pisonum. 76.

Ut plerumque bestia ferme dominante, ad eum cum sibi aliquando pastas sunt reuertuntur; sic latrones virgine inspira. Pro Client. 77.

Tanquam bona Valerudo, uenienter est ipsi, qui ex graui morbo recreatis sunt, quamvis qui nunquam agro corpore fuerunt, sic omnes i desiderata magis, quam a siduc percepta delectat. Post redditum ad Quirites. 78.

Ut graminis agrorantur, qui cum leniente monbo

bzvidentur, in eum de integro inciderunt, sic
vehementius laboramus, quis non prostigato bel-
lo ac pene sublato, renuatum bellum gere cona-
mur. Csc. Cornificio. Fam. 12.

79

Vt ijs, qui imprudenter laserunt, ignoscis com-
muni; ita ijs, qui necessarii profuerunt, haberi
gratiam oportet. 1. de Invent.

80

Vt in adificijs, architecti auertunt ab oculis,
naribusq; dominorum e. i. que praefluentia ne-
cessario terti effent aliquid habitura; sic natu-
rales similes procul amandaust à sensibus.
de Nat. Deo.

81

Vt innocens ss dicitur, nō qui nocet leuiter,
sed qui nihil noceat; sic sine metu ss habendus
e. i. non qui parua metuit, sed qui omnino me-
tu vacat. 5. Tusc.

82

Vt oculus, sic animus se non videns, alia cer-
nit. 1. Tusc.

83

Vt nauē adeficium idem destruit facilli-
mē, qui construxit; sic hominē e. i. optimē qua
conglutinauit natura dissoluit Cato Maior.

84

Vt adolescentem, in quo sénile est aliquid; sic
senem, in quo adolescentis probi est aliquid,
laudamus Cato Maior.

85

Vt adolescentibus bona indele prædictis sapie-
tes senes delectantur leutorq; fit eorū senectus,
qui a suuertute coluntur & diliguntur. sic ad-
olescentes senum præceptis gaudent, quib. ad
virtutum studia ducuntur. Cato Maior.

86

Adolescentes sic mors sedentur, sot cu aqua
multitudine vis flamae opprimuntur, et qui si pma
ex arborebus si cruda sint, vi auelluntur. se
matura et cocta, decidunt; sic vnt adolescentib.

2111 auferit sensibus maturitas Cato Maior. 87

Vt petulantia & libido magis est adolescentium quam senum nec tamen omnium adolescentium sed non proborum; sic ista sensibilis stupiditia, qua deliratio appellari solet, senum est leuium, non omnium. Cato Maior. 88

Vt non omne solum; sic non omnis actus frequentate coaccedat. Cato Maior. 89

Vt pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat ut hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam tempore consenserunt; sic decorum, quod eluet in vita: mouet approbationem eorum quibuscum vivitur, ordine et constantia, moderatione omnium dictorum atque factorum. 1. Off. 90

Vt pictores, & q. qui signa fabricantur, & uestris etiam poeta suum quisq; opus à vulgo considerari vult, si si quid reprehensum sit a pluribus id corrigatur, hqz & secum, & cum alijs quid in eo peccatum sit, et exquirunt, sic aliorum iudicio per multa nobis & facienda & non facienda, et mutanda et corrigenda sunt. 1. Off. 91

Vt beneficis liberalesq; sumus non sot exigamus gratiam, (neq; n beneficium feneratur) sed natura propensi ad liberalitatem sumus; sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quod omnis eiur fultus in ipso amore inest, experientiam patamus In Laiso. 92

Vt aurum igne sic benevolentia fidelis persculo aliquo perspicis solet. Cicero Papirio Poeto, Famil. 9. 93

Vt hirundines estiur tempore præstio sunt frigore pulsarecedunt, ita falsi amici sereno vita

tempore presto sunt, simulac fortuna hyemem
viderint, deuolant omnes & ad Heren. 94

Amici nostri veteribus nisi sint anteponenda,
Et equis Veteris teneros anteponere solemus.
Non n. amicitiarum esse debent sicut altaria
verum fastigates. Veterissima quaque esse suauissi-
ma debent. Nobilitates tamen non repudian-
da; Veteritas autem suo loco conseruetur. In
Lat. 95

Ut monere & moneri, proprium est vera am-
icitia. Alterum libere facere, non asperre,
alterum patienter accipere, non repugnanter:
sic habendum, nullam in amicitia pestem esse
maiorum quis im adulacionem, blanditas,
passio. In Lat.

PETRVS LA. GNERIVS COMPENDIEN.

SIS FRANCISCO Ab Oliua
Tholosano, lumine specia-
lescenti. S. P. D.

DECIM A hereditas, nisi Fran-
cise, qui liberis à patribus re-
linquitur, est via virtutis; mul-
tarumq; artium cognitio atq;
scientia, qua mihi, iuxta Cice-
rones sententiam, videtur omni patrimonio pra-
stantior. Itaque non possum satis probare sim-
pliciter illam patris tui in promouēdis studiis
tuis diligentiam, qui à ceteris patribus volun-
tate longe & studio dissimilis, hoc sebi solū cre-
dit negotijs dari, optimis & & morib; et literis
tuas illa ruditas & a imbuatur. & si præpostera-
sit hodie multorum cura & diligentia, qui ni-
hil cohabent neglectius, quo ipsi nihil esse debet
commendatus in et tantum occupati, ut ha-
beat filius unde splendide vnuat, non admodum
soliciti ut habeat unde recte vnuat; corporū ma-
gnam, animi vero & mentis, aut nulla aut se-
ram curam habentes. Praclare igitur pater
tuns, qui non tam pulchrum duxit bene nasci,
quā m̄ præclarum bene instituti, cuius nunc ne-
cessē est, ut ingrauefcens atas in tuis moribus
& literis, conquiescat si modo sis esse vis quem
te semper esse voluit. Mihis profecto dubia non
est, aut obscura illius erga te voluntas qua ibi
est nul-

Si nullo loco defuist., sic nullo quoque tempore
deerrit tu vide ipse tibi deiss. Magna est illius
de te opinio, nec vulgaris multorum de tuis fia-
diis expectatio, qua tibi non retinenda modo
aut sustinenda sed cura & studio augenda &
amplificanda est. Scitio enim ea abs, se expecta-
ri, que ab ingenuo adolescenti & Ioannis ab
Olina & adiuvate regi filio expectandi sunt:
fac tibi paterna virtutis, masorumque tuorum
ventat in mente recordatio, qua te officij tuis
oblinisci non sinet, que te dies noctes qz commo-
uebit, atque perficiet, & aliquid excitatam
de te opinionem tucri, & sustinere possis. At qz
ne ipse bni & studiis praceptoris officio videar
defuisse, te cum multis de causis, tum amore
incitatus meo, rogo, & moneo, & candidis mo-
rib. & literis, ad quas tu natus videris, omnis
cura & studio insigiles, quod quo sit commo-
dius. Ciceronis eas sententias, que ad pietatem.
Christianamque religionem, videbantur proxime
me accedere tibi & dico. & denoueo; quies, &
diligenter amplectare, studiosè euolvas, totus qz
in iis versere, pro mea in te benevolentia et hor-
ror & obsecro. Vale. Tholosæ, octava Calens. Se-
ptem. Anno. M. D. XLI.

M. T. CICERONIS

PIAE ALIQUOT SENTENTIAE.

SI QVOD optimū, maximum-
que est, id vobis adspicit,
virtute opera danda est, sine
quā nullam rem expetendam
consequi possimus. 1. de L. alio. 2

Omnium rerum magnarum ad ipsi immorta-
libus principia dicuntur. In Vatisn. 3

A Dīs immortalibus sunt nobis agendicar-
pienda primordia. 2. de Legib. 4

Nemo magnus sine aliquo afflatus diuino
vngui insuit. 1. de Nat. deor. 5

Cum ipsa natura magnam homini faculta-
tem dederit tamen esse Deus putatur, Et si
seipsum quod est hominum proprium, non par-
tum per nos sed diuinitus ad nos delatum fit
deatur. 1. de Oratio. 6

Commoda quibus cotimur lucem, quae sum-
mur spiritum, quem ducimus, à Deo nobis da-
ri et impartiri videntur. Pro Ros. Amer. 7

Sit hoc a principio persuasum hominibus, do-
minos esse omnium rerū ac moderatores deos
eaque que gerantur, eorum geras distione atque
numine, eosque optime de genere hominum me-
ters. Et qualis quisque sit, quid agat, quid in se
admettit, qua mente, qua pietate colat retri-
gionem, intuens priorumque et impiorum habe-
rationem. 2. de Legib. 8

Dicitur

Deorum prouidentia mundus administratur, ȳdemq; consulunt rebus humanis, neque solum ſenaueris, verum etiam ſanguis. 1 de Diuīn 9

Mundus regitur numine Deorum, illis, quaſi communis verba ē ciuitas hominum. 2 de Finib. 10

Nihil eēt ille principi Deo, qui omnem hunc mundum regit (quod quidem in terris ſiat) accepit. quā concilia, cœrūsq; hominū iurē ſo- ciari, quā ciuitates appellantur. S. M. Scip. 11

Illud modo videto, ut Deū nō veris, efti igno- res ē locum ē faciem: ſic animum tibi tuum notum eſſe oportet, etiam ſi ignores ē locum ē formum. 1. Tuf. 12

Quis eēt tuus decors, qui cum ſuſpexerit in eālum, Deos eſſe non ſentiat. ē ea, que tanta mente ſiunt, ſi ſix quisquam arte illa ordine verum ac ſcieſt studinem perſequi poffit, ea ſu- fieri puerit? de Reſpoſiſis Aruſp. 13

In mundo Deus eft aliquis, qui regit, qui ga- beat, qui cuſum aſtronum, qui mutationes temporum, verum viſiſtudines, ordinesq; co- ſervat, terras ē maria contemplans, hominiſ commoda vitasq; thetur. 1 de Nat. deo. 14

Deus ipſe, qui intelligit a nobis, alio mo- do intelligi nō poeſt. nūi mens ſoluta et lebera ē ſegregata ab omni cocretione mortis, omnia ſentientia ē mouens, ipſa q; preda motu ſem- piterno. S. M. Scip. 15

Ea eēt Dea ſita, quā nihil beatius nibil ora- nimo bonis omnib; affluens, cogit et ſp̄it. Ne- bil, n. agit, nullus occupat oīib; ej; impiscatus, nulla

nulla opera molitur, sua sapientia et virtus gaudet, habet exploratum, fore se semper tu in maximis, tu in eternis voluptatibus. 1. de Nat. deo. 16

Vt hominum membrana nulla contentione, nisi te ipsa est voluntate mouentur, sic numine deorum omnia finguntur, mouentur, atque mutantur. 1. de Nat. deo.

Mala est impia consuetudo est, contra Deos disputandi, sine ex animo in fias, sine simulacra. 18
2. de Nat. deo.

Homini timide de potestate Deorum est passa dicenda sunt. Pro lege Manil. 19

Pietas grata est Deo; superius est remouendus. Quid enim est cur paupertatem, Deorum adiutorium arceamus, praeferim cum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, qui in omnibus patere ad se placandum, est colendum utam. Numq; Pompilius. 2. de Leg. V. de deo. 1. 20

Nulla est erga Deos pietas, nisi honesta de numero Deorum ac mente opinio. Pro Planc. 21

Color albus principie decorus deo est. 2. de Leg. 22

Cum multum animus corpori praestet, obseruiturq; ut casta corpora adhibeantur, multo est in animis id obseruandum magis: nam incestu vel aspersione aqua, vel diuersu numero tollatur. animalibus, nec diuturnitate evanescit, nec manus uluis eius potest. 2. de Leg. 23

Nullum est animal, prater hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. 1. de Leg. 24

De hominibus nulla gens est, neque tam insensueta, neque tam fera, qua non, etiam si ignorat qualiter Deum habere deceat, tamen habendum sciat. 1. de Leg. 25

Firmissimum afferri uidetur, cur Deos esse credamus, quid nulla gens tam fera, nemo omnium tam si immunitas, cuius mente non imbueritur deorum opinio. 1. Tus. 26

Dy immortales sparserunt animos in corpora humana, ut esset quis terras tueretur quiq; celestem ordinem contemplantes, imitaretur eis vita modo, atque constantia. Cato Major. 27

Deus, animal unius spectabilis, hominem, in quo omnia animalia contineret, effecit. De Viriuer. 28

Sunt ex terra homines, non ut incola, et habitatores sed quasi spectatores superarum rerum atque celestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animatum pertinet. Sensus autem interpretes ac nuncy rerum, in capite, tamquam in arce mirifice ad usus necessarios facti et collocati sunt. Tu reisqua vide supra de Homine. 116. 2. de Nat deor. 29

Cum natura ceteras animales abieceret ad pastum solum hominem crexerat, et ad caelum quasi cognationis domiciliq; primiti conspectum excitauit, tum specie ita formauit oris, ut in ea pensatus reconditos mores effingeret. 1. de Leg. 30

Omnia aliorum causa generatus sunt, ut fruges atque fructus, quos terra gignit, animalium causam, animantes, hominum, ut equus uebendi causam arans bos, uenans et custodiens canis ipsa autem homo ortus est ad mundum contentum plandum. 2. de Na. Deor. 31

Nobis persuasum esse debet si omnes deos, hominesq; celare possimus, nihil tamen errare, nihil iniuste, nihil libidinosce, nihil incontinenter esse facendum. 3. Offi. 32

Cum despiceremus, & sentire quid sumus, & quid ab animantibus ateris differimus tunc ea in se qui incipiemus, ad quam natus sumus. 5. de Finib. 33

Sic considerare uelimus, qua sit natura hominis excellentia, & dignitas, intelligemus quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac moliter usum, quamq; honestum parce, contenetur, severè, sobrie. 1. Offi. 34

Nec figura corporis, nec excellens uis ingenij humani significat ad hanc unam rem natus hominem, ut frucretur uoluptatisibus. 1. de Fin. 35

Animus est in generatus à Deo ex quo uere, uel agnitus nobis cum cœlestibus, uel genus, uel stirps appellari solet. 1. de Leg. 36

Est animus cœlestis ex altissimo domicilio de pressus, et quasi demersus in terra, locum dintia natura, aeternitatiq; corrari. Ca. Ma. 37

Humanus animus decerpitus ex mete divina cum uero nullo nisi cum ipso Deo si hoc fas est debitus, copiaris potest. Huc igitur si est excusus, et si in acries ita curata est, ut ne caretur erroribus, sit perfecta mēs, sed est absolute ratio, quod est idem quod uirtus. 5. Tusc. 38

Nulla est celeritas, qua possit cū animi celeritate copiarari: quisi manet incorruptus suis similibus, necesse est staferatur, ut penetret & disperdat omne calum hoc, in quo nubes, imbre, uentisq; coguntur. 1. Tusc. 39

Oportet ut ipsius mens uitq; exutā cognoscatur, coniunctamq; cum diuina mete sc̄ientia, in quo insatiusbile gaudio compleatur. 5. Tusc. 40

Quoniam animus, cognitis perceptisq; uirtutib; a corpore

impetu obsequio indulgentiaq; discesserit, nolu-
ptatemq; sicut labo aliquā decoris oppresserit,
omnemq; mortis doloris q; timore effugerit, so-
ceritateq; charitatis coniceret cū suis, omnesq;
natura coniunctis suos duxerit, cultumq; Deo-
rum parare religionem suscepserit. Exacue-
rit illam, ut oculorum, sic ingenij acie ad bone
diligenda, et req; ienda contrarie que virtus ex-
prouidendo, est appellata Prudensia: quid eo dics
aut cogitari p; iterst bratus? Idq; cu coeli, ter-
ras maria, rerumq; omnium natura perspexe-
rit, eaq; ñ de generata, quo recurrat, quādo, quo
mundo obitura, quid in ī mortale? Caducum
quid diuum aternuq; sit, uiderit ipsu m q; ea,
moderantem regentem pene prebenterit se-
fēq; nūtis circundatum mānibus populare ali-
cuius definiti loci, sed cuius totius mundi, quātū
unius urbis agnoverit, in hac ille magnificētia
rerum, atque in hoc cōspectu et cognitione natu-
ra Dī i mōrtales, quā se ipse nōscet, quod Apol-
lo præcipit Pythius: qui in cōtēnet quām despi-
ciet? quam prō nihil op̄utabit ea que vulgo du-
cuntur amplissima? 1. de Leg. 41

Animus cum est secum secūq; ut dicitur, ui-
uit, tum que ad se pertinent, ea curat, que sua
sunt, cognoscit, noscit sc̄psum. 1. Tusc. 42

Si quis est h̄o: robore animi, ut que hac indole
uirritatis accōmētia, ut respuant omnes uolupta-
tes, oēm q; uita sua cursu in labore corporis,
atque in animi contentione conficeat, quem nō
quies, non remissio, non aequalium studia, nō in-
di, non cōtraria delectent, nihil in uita expeten-
dum putet, nisi quod est cum laude et honore, et

393 SENTENTIAE

sum dignitate conmactum; bunc mea sententia
diuinis quibusdam bonis instruendum asque or
natum puto. Pro M. Cælo. 43

Alio spectare si uoles, atq; hanc sedem ē
eternā domum eorum, neq; sermonib. uulgo de
uersis, nec in præmūs humanis spēm posueris re
rum eternitatis suis te dilecebris oportet ipsa uirtus
erabat ad uerum decus. Somn. Scip. 44

Cogstantes supera asque celestia hac nostra
ut exigua ē minima contemnamus. 4. Acad.
quest. 45

Quid potest ei uideri magnum in rebus hu
manis, cui aeternitas ois, totus q; mundus nota
fit magnitudo? Nam quid aut in studiis huma
nis, aut in tam exigua uita breuitate magnū
sapiens uideri potest, qui semper animo si excu
hat, ut nihil ei impromisum accidere possit, nihil
quod inueniatur, nihil omnino nouum? Atq; idem
statim omnes partes uicem intendit, ut semper
uideat sed estib; ac locū sine molestia atq; angore
uiuēd; ut quemcunque casum fortuna inuexo
rit, hunc aperte ē quiete ferat. 4. Tusc. 46

Confer nostra longissimā atatem cum aet
ernitate, ē breuisimā reperiatur. 1. Tusc. 47

Celestia semper spectatio, illa humana con
temnit. Somn. Scip. 48

Nihil est melius, quim memoriare cœle
stium, ē libertate contentum, negligere huma
na. Cic. Brutus. 49

Abeunt omnis unde orta sunt. Cat. Ma. 50
- Nemo confidat semper sibi illud stabile ē
firnum permanjurum, quod fragile ē cado
cum sit. 2. Tusc. 51

O Di⁹ bone quid est in hominis vita diu⁹? Mihi ne diuturnū quidē quicquā uidetur, in quo est aliqđ extremum cū enim id aduenit tum illud, quod prateri⁹ effluxit: tantum remanet quod uirtute & reple factis sis consecutus. hora quidem cedunt & dies & menses, & annus nec prateritum tempus sinquam reuertitur, nec quid sequatur sciri posseſt. Cato Maior. 52

Quis est, quamvis sit adoleſcens cui sit explo ratuſe ad uesperū esse uicturi. Cato Maior. 53

Nemini exploratum potest esse, quomodo ſe ſe habiturum ſit corpus non dico ad annum, ſed ad uesperum. 2. de Finib. 54

Homines noſt̄ eſſe memineremus, ea legem atos ut omnibus telis fortuna pofitatisit uita noſtra: neque eſſe recuſandum quo matnus ea qua nataſ ſumus, coditione uiuamus, ne ue ram grauitate eos caſus feramus quos nullo coſilio uitare poſſuamus, cuenatisq; aliorū memoria repetendis nibil accidiff̄ nobis cogitemus. Csc. Titio, Fa. 55

Vtrum uiuere, an mori ſit melius, Di⁹ immortales ſciunt hominem quidem arbitror ſe re neminem. 1. Tusc. 56

Ex ipſa uita diſcedimus, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo, commorandi enīq; nobis natura diuerſorum, non habitandi de dit. Cato Maior. 57

Mors terribiles eſt ipsi, quorum cū uita omnis extinguitur, non ipsi, quorum laus emors non poſſeſt. Parad. 2. 58

Sic habeto, te non eſſe mortalem, ſed corpus hoc. Somn. Scrip. 59

Corpus hoc eſt mortale, animi uero motus ſe pſter-

piterni. Pro Sestio.

Dux sunt via, ut ait Socrates, duplicesq; cursus animorum è corpore excedentium. Nam qui se humanis virtutis contaminaverunt, & se rotos libidinibus dederunt: ipsi deum quodam iter est inclusum a concilio Deorum. Qui autem se integro, castoq; servarunt, quibusdam fuit minima cum corporibus contagio, suntque in corporib. humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilis pates redditus. 1. Tusc. 61

Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumq; se quies mansitros pbleverunt impulsuq; libidinum voluptateb. obediensum, Deorum & hominum iura violarunt, corporib. elapsi circum terram ipsam solvantur, nec in hunc locu cælesti, id est in cœlu, nisi multe exagitati seculis, reuertuntur. So. Scip. 62

Qui recte & honeste curriculum suendi à naturae datum confecerit, ad astra facile reuertetur non qui aut immoderata, aut intemperanter vixerit. De Vniuers. 63

Omnibus, qui patriam conseruarint, adiuvent, auxerint, certus est in cœlo ac definitus locus, ubi beati se piterno aeo fruatur. So. Sc. 64

Omnium animi sunt immortales, sed bonorum fortiumq; diuini. 2. de Leg.

Bonorum virorum metes mihi diuina atq; aeterna videntur, ex hominu vita ad Deorum regone saltimonti, eq; de migrare. Pro C. Rab. 66

Tunc erimus beati, cu corporib. resistsis, cupi distatis & simulationū erimus expes. 1. T. 67

Vestra q; dicitur vita, nostra est. in So. Sc. 68

Vestra

Vetat dominans ille in nobis Deus, insuffit
hinc nos: suo demigrare. Cum vero et a usum
Deus ipse dederit, na ille medius fidelis
sor sapiens latet ex his tenebris in lucem illam
excesserit, nec tamen illa vincula carceris ru-
perit leges enim vetant; sed tanquam a magis-
tratu, aut ab aliquo potestate ligata sic a
Deo euocatus atq; emissus exterrit. 1. Tus. 69

Tibi & p̄s oib, est animus in custodia corpo-
ris retinet⁹ nec insuffitus, à quo ille est; sibis
datus, ex hominuſ ſita migrādū est, ne munus
aſignatum a Deo defugiffe. Videamus Sc. 70

Noeſt insuffit imperatoſs, ſed eſt Dei, de pſe-
dio & ſtatione vita decedendum. Ca Ma. 71

Niſi Deus iſtis te corporis custodis liberans
rit, ad calum adiutus patere non poſt. Scip. 72

Nos, ſiquid tale acciderit, ut a Deo denun-
ciatum videatur ſol examinare vita, lati, &
agentes gratias pareamus, emat ieq; vos è cu-
ſtodia, & leuiari ſineculis arbitremur; ſoſt aut
en eternam & plane noſtram domum remi-
gremus aut omni ſenuſ moleſtaq; careamus.
Si autem nihil deuiciabimur, eo tamē ſamus
animo, ut horribilem illum diem alijs nobis
fauſtum putemus nihilq; in malis ducamus,
quod ſit vel a Dīis immortaliſbus, vel a natura
parente omnium conſtitutum. Non enim temo-
re, nec fortuito ſati & creati ſumus ſed profe-
cto fuſt quadam uis, qua genere conſuleret hu-
mano, nec id gigneret aut alevet, q; cum ex am-
bauiſſet omnes labores, tum incederet in mortis
malum ſempiternum. 1. Tuſc. 73

Nec enī quā bono q; cqua malis euenire po-
tſit.

est nec vivo, nec mortuo, nec in quo. in eius re
et Diis immortalibus negligentur. 1. Tus.

Improbo bene esse non potest. in Par. 75

Animi conscientia improbi semper crucian
tur. 2. de Finib. 76

Impy pœnæ luunt. Sc. 1. de leg. Vide, Im
py. 77

Cuiusvis est hominis errare, nullius nisi insi
pientis perseverare in errore. Phil. 12. 78

Facilius ipsis ignorari, qui non perseverare,
sed ab errato se renouare moluntur, est enim
humanum peccare, sed belum in errore per
severare. In Vatin. 79

Optimus est postea paenitenti, mutatio confi
lii. Philip. 12.

Sic erratis medicina confessio. Csc. Octauio,

Per multa nos consultò omisimus, & ea in
primis, quæ ad dicendi facultatem &
exercitationem magis, quam ad institu
tum nostrum pertinere videbantur, qui
bus aliquando proprius & suus locus à
nobis, si hunc nostrum laborem probari
intellexerimus, tribuetur.

ILLVSTRES Q V AE D A M

S E N T E N T I A E E X
optimis quibusque alijs auctoressus
selecta, per eundem Petrum
Lugnerium.

V I R T U S . L

NIRTUTE homini a dñs immortalibus nihil melius datum est.

Amplissimum sibi sp̄s prædictum est fortus.
Ipsa quidem fortus sibi met

pulcherrima merces.

Omnia ei adiungit bona, quem penes est vir plaus

Sola virtus expers se pulchri.

Sense.

Virtuti fortuna cedit.

Salv.

Virtus fortuna non est indiga.

Virtus fortunare solet.

Nunquam potest non esse virtutis locutus.

Virtutis omnia parent.

Domat omnia virtus.

Famam extendere fultis.

Yng.

Non virtus opes.

Virtus et glorie comes inuidia.

Virescit vulnere fortis.

Virtus et præmium honor.

Sallu. Ipsi se se virtus satis ostendit.

Virtus neque dno datur, neque accipitur.

Cic. Virtus eripit nec sui ripa potest. Nunquam neque naufragio neque incendio amittitur.

Sene. Nunquam Stygius fertur ad manus
Inelixta virtus.

Sallu. Virtus eterna praelataq; habetur.

Plau. Qui per virtutem perit, non per interst.

Bonum est. qd ex virtutis geritur imperio.

Cice. Quod rectum, hoc bonum, Et cum virtute
est, hoc deum est bonum.

Plau. Sat habet fanticorum semper, qui recte facit.

Sera nunquam est ad bonos mores via.

Bene vivere, bis vivere est.

Ad virtutem bona Es ardua est via.

Ad gloriam virtutis via peruenitur,

Hor. Virtutem incolument odimus:

Subiaram ex oculis querimus inuidi.

Inne. Prebitas laudatur Es alget.

Haud facsie emergunt, quorum virtutibus ob-
stat.

Res angusta domi.

Sallu. Bonos imitari quamvis inuidere, prestat.

Vbi malis pramia sequuntur, haud facile quis
quans gratuitu bonus est.

Sene. Plerunque nos fallat vitium specie virtutis
Es umbra.

Prosperrum ac felix scelus,

Virtus vocatur.

Pauore carent, qui nihil commiserunt: at pena
semper ob celos versari putant peccarut.

Vacandum non modo omni criminis, sed Es cri-
minis cuiuscunque suspicione.

Oderunt

Oderunt peccare boni uirtutis amore : Horæ
Oderunt peccare malitiam dñe pæna.

Semita certe. Iuuæ.

Tranquilla per uirtutem patet unica uita.

Affectibus bene usi uirtus, male usi, uitium.

Nobilitas sola est, atque unica uirtus, Iuuæ.

Statue huiusmodi reuinquenda, q[uod] uirtutis sint Clas-
monumeta magis, quam natura corporis.

Virtute decet, non sanguine niti.

Sola perpetuo maneat. Seno.

Subiecta nulli mentis atque animi bona.

Omnis spes in uirtute ponenda.

Prudentia.

2

PRUDENTE S Dij amat, & oderunt malos.
P[ro] quisquam iustitiam recte constitueris, stul-
tum est de exitu consilium capere.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est Ter-
uidere sed etiam illa, que futura sunt pro-
spicere.

Priusquam incipias cōsulto, et ubi cōsulueris. Salut,
maturæ factio opus est.

Praterita reprehendi possunt, corrige non pos-
sunt.

Cum re mutare consilium prudentis est. Salut,

In capiendis consilij festinatio rationis inimi-
ca mentis praestringit oculos.

Haud facile animus uerum prouidet, ubi odie-
num, amicitia, ira, atque misericordia inter-
cedunt.

Nunquam ita quisquam bene subdulta ra-
tione ad uitam fuit.

Quin res, atas, fons semper aliquid adpartet
nous &c.

Gice. Per beatissunt, qui cum tenent vite cursum,
est vel in negocio sine periculo, vel in octo cū
dignitate versentur.

Bera sunt hominum lamentationes, profusa,
vituperanda, quas occupatas in q̄ lugēant
cerneant, q̄ fons suo desideria, contigerūt.
Primus ad sapientiam gradus scipsum nosse:
quod est omnium difficultissimum est, ita lo-
gè ut ille summum.

Plaus. Feliciter is sapiens, qui pers solo alieno sapit.

Tibiu. Felix quisunque dolore,

Alterius, discere posse carere tuo.

Ter. Scirentem est periculum ex aliis facere, tibi quod
ex usu fieri

Idem Ita compiarata est omnium hominum natu-
ra, aliena melius est videant, & iudicent,
quam sua

Cat. Suis cuique attributus est error.

Sed non videamus manusca quod in tergo est.

Sall. Aliena sic nobis tractandasunt, ut nostrarum
non obliuiscamur.

Stultus & est, aliena rem suo periculo curare.

Prudentis est, mortis meminisse.

Sapientissimus quisque animo & quisimo me-
ritur, stultissimus inquisimo.

Hes. Aestas non semper fuerit, componere nidos;
Capte diem, quā minimum crevulus postero;

Hor. Vnde memor quam sit aut brevis.

Mar-Seranus fons est crastina, vnde hodie-
tia. Num lucte vnde.

Vtendum praesentibus.

Memineris iuuenis, qd aliquando scenex eris.
Est sua reb pulchrudo sed et isterim desinit.
Etulus est, qui qua obtulit opportunitas, non
amplectitur.

Bene quiescat, bene faciat. Et intra Oui.
Fortunam debet quisque manere quam.

Optimus est in omnibus rebus modis, lauda-Boet.
bilis que mensura.

Quod precipiti via.

Certum deferit ordinem,

Latos non habet exitus.

Est modus in rebus sunt certi denique fines, Horat.

Quo ultra citraq; nequit consistere rectum.

In omni re videndum, ne quid nimis. Ter.

Flagitium est, te alijs consilium dare, foris fa-
pere, tibi non posse auxiliari.

Lenicē fūlmandum est. Oui.

Habent parua commoda magna mōra.

Quod cauere possit, stultum est, admittere. Ter.

Prudentis est in plerisque connuere.

In auido ingenio sape paruum vincit consiliū.

Ineuntis etatis inscītia, senum constiūenda

Et regenda est prouidentia.

Stultum est dimensionibus terrarum studere,

Et seipsum nescire metiri.

Dīs proximis ille est, Clau.

Quem ratio non trā mouet

Vtilia iucundis preferendas sunt, cūm obtine-
ri utrumque non potest.

Vix sibi ipsi, nedum alijs credet prudens.

Ab altero expetitis, alteris quod feceris. Ter.

Omnia prius experiri, qua armis, sapientem
decet.

Euentus stultorum magister.

Mor. Dulce est despere in loco.

Fortitudinis.

3

Ois. FORTIOR est quisque, quam qui fortis
similis.

Men. nec Virtus altius ire potest.

Omne solum fortis patria est.

Patria est ubique, Virtus sedem sibi elegit.

Fortium terrorum est magis mortem contem-
nere, quam amare vitam.

Bene. Quemcumque fortis videris, miserum neges.

Ter. Fortes fortuna adiuvat.

Magnum faciunt hominem res aduersa, quem
admodum secunda facilem.

Crescit in aduersis Virtus.

Sall. Necesitudo etiam timidos fortes facit.

Ois. Scilicet aduersis probitas exercit aerebus,
Tristis materiam tempore luctus habet.

Sall. Quanta cibusq; animo audacia natura, aut
moribus inest, tanta in bello patere solet.

Plau. In re mala animo si bono fuisse, suauat.

Lucr. In dubijs homines spectare periclis,

Conuenit, aduersisq; in rebus noscere quis sint.

Pla. Animus aquus, opusmu ē arumone eodis metu.

Sd. Explorat aduersa hostios, perq; aspera duro.

Ital. Nititur ad luctum Virtus interrita clivo.

Tere. In quo quisq; periculo habet animum,

Scitū est profecto quidem, & in medijs malit
ea quenquam supere, qua sapere est opus.

Virg. Tu ne cede malis, sed contra audientior es.

Sene. Haud est virile terga fortuna dura.

Bene. Facere solent extremas securos mala.

Appa-

Apparet virtus arguiturq; malis. Ouid.

Facile suppliciū p̄petr. se suppliciō liberare est. Sene.

Ut vaieas, multa ferenda tibz. Ouid.

Superando omnis fortuna ferendo est.

Audaces fortuna ruit, timidos q; repelit. Virg.

Mors terribilis est q;s, quorum cum virt. om. Cicero.

nia extinguntur, non q;s, quorū emori vir
tus non potest.

Audendum tibi aliquid si vis effet aliquid. Prop.

Non sit iste pericolo facinus magnum et me Ter-
morabile.

Laus erit magnis & voluisse sat est. Ouid.

Ut desint vires, tame est laudanda voluntas.

Nihil tam alte natura constituit, quo virtus
non possit enire.

In via virtutis nulla est via.

Tendit in ardua virtus. Ouid.

Eneruos animas virtus odisse solet. Idem.

Nihil intentatum relinquit virtus.

AMICITIA. 4

NEQUE falsum prorsus, neq; suave esse placet.
potest quisquam, ubi amor non admiscetur
sul quod est amarum, sed melfaciet.

Non aqua, non ignis, non aere pluribus locis vici Cicero.
muri, qui in amicitia.

Sole et modo tollit, qui amicitia est vita tollit. Cicero.

Tantum bonum est in amicitia, ut earem per- Xenon.
ficiendum, deorum atq; hominum munera
videantur concuivere.

Amicus est desiderabile nōmē, homo vix ap-
parens, infelicitatis refugium, vix inueni-
enda possessio, secretorum receptor, indefi-
ciens quies, amanda felicitas.

- Aequalitate animorum confitat amicitia.
Sall. Idem Selle, atque idem nolle, ea deum fir-
ma est amicitia.
Eulens cupere, eadem odisse inter bonos, in
malos factio est.
Solus est homo, amico amicus.
Anicitis omnibus reb. humanis anteponenda.
Sene. Odit verus amor nec patitur morus.
Plau. Tarlo amico nihil est quicquam nequius.
Aug. Amor qui renuit operari, amor non est.
Vbi amici, ibidem opes.
Plau. Is amicus est, qui in re dubia, re iuvat, ubi re
est opus.
Cice. Amicus certus in re incerta cernitur.
Ouid Scilicet fortunatum spectatur in ignib. aurum,
Tempore sit duro est inspicienda fides.
Stat nulla dies nisi alibus & squamis,
Fortuna tribuante fides.
Ouid Donec eris felix, multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Sene. Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.
Mar. Extra fortuna est: quicquid de natura amicitia,
Quas dederis, solus semper habebis opes.
Si quid erga amicum beneficeris; aut consul-
ueris fideliter, non sideris meruisse laude
munere functus tuo.
Recociliata similitate, qualibet leues suspicio-
nes fugiendi sunt.
Prop. Verus amor nullum nouit habere modum.
Coniunctio animorum, maxima cognitio est.
Qui vere amat, prater unu amare non potest.
Opus blandum amicitia sed usque ad aras.
Contra patria arma pro amico sumenda nos sunt.

Et quatenus amicitia dari venia possit. Cicero.

Omnis cum amico discutenda sunt. primum autem discutendus probidus quod amicus ipse est.

Amicitias non est viendu ut floribus, tandem gratias, quae indu recentibus.

Veteres amicitias pro consequentium nonitate non fastidias.

Amicorum nunquam cuiquam hominum saepe suis fuisse.

Amicos res inuenit.

Plaut.

Amicorum communia debent esse omnia. Ter.

Nomen amicitia barbarica corda mouet. Ouid.

Amundi nec multi, nec nulli.

Amicitiae immortales esse debent, immortales inimicitiae.

Perculsum est inter amicos de re alequa est a Bisat. tuere, nam ita necessum est alterum ex his prorsus inimicum habere.

Optima via supellecitem jibi comparauit, qui amicos parauit.

Paupertatis ac diuitiarum. 5

MAGNUM vestigia est parsimonia.

Divitiae grandes homini sunt, vivere parce. Lucr. seres tua non sufficiat tibi, tu parcendo fac ut sufficias rei tue.

Pauper non est is, cui rerum sufficit Sosius.

Egens aque est is, cui, quod est, non sufficit, atque is, qui nihil habet.

Quod satis est, cui contingit, nihil amplius hora optet.

Bene est, cui Deus obtulit

Parca quod satis est manus.

Facinus audax incipit,

*Plan. Que cum opulento pauper caperem habere,
aut negocium.*

Ouid. Cursa p. superibus clausa est.

Paupertas nulle malum est nisi repugnanti.

*Hore. Magnum paupertas approbrium subet, & fa-
cere & p. est.*

*Iude. Nihil habet infelix paupertas durius in se,
na. Quam quod ridiculos homines facit.*

*Per. Magister artis, ingenijq; largitor
sus. Venter.*

Paupertas omnes artes perdocet,

Dificile est pauperem philosophari.

Hora. Serviet aeternum qui paruo nesciet fari.

Inopia paucia desunt, auaritia omnia.

Hora. Locum Virtutis deseruit, qui

Semper in augenda festinat, & obtratur re-

*Avarita, adeoq; pecunie studium, si dem, pro-
bstatem, ceteraq; bonas artes submergit.*

Iude. Lucr bonus est odor ex re

Qualibet.

Nunquam expletur cupiditatis fitis.

Pecunia auaro supplicium est.

Hora. Semper auatus eget.

Ter. Nimium ad rem in senecte attenti sumus.

Iuu. Crescit amor nunti, quantum ipsa pecunia crescit.

Mat. Et minus hinc opsat qui non habet.

Rape, congere, aufer posse, relinquendum est.

Solus temporis honesta auaritia est.

*Vbi quis pecuniam habet, necesse est, & aut
seipsum, aut pecuniam vilem habeat.*

Plan. Auarus multa multi sape suavit perperans.

Lue. Solus ferrum, virtusq; timere

Avis

Auri nescit amor

Divitiarum fluxa est atque fragiles gloria.

Aius hominis diues non arca appellari solet.

Divites non solum cruciantur libidine augendi Cicero.

ea, quae habent, sed etiam amittendi metu.

Ei genus \mathcal{E} virtus nisi cu re, vniuersaliter alga est. Horace.

Omnia pulchris Divitias parent.

Prima peregrinos obscena pecunia mores. Lucretius.

Intulit, \mathcal{E} turpis frigerunt secula luxus

Divitiae molles.

Divitiarum cupido ubi est: ubi et luxus Cossus q. 2.

Quis suis contentus est, is vere distissimus est.

Cui tanta possessio est, ut ad liberaliter ostendu Cicero,

facile contentus sit, qui nihil querit, nihil

appetit, nihil optat amplius, hic denum

diues appelandus est.

Virtute quis prædicti sunt, solum sunt divites.

Opes sunt sarcina mentis. Cicero.

Imperat aut seruit collecta pecunia cuique. Horace.

Aurum omnes soncta tam pietate colunt.

Aurea nunc vere sunt faciles pluribus auro. Proprius.

Venit honor.

Nemo extollere scese, \mathcal{E} divina mortalis

Attingere potest, nisi omisssis pecunia \mathcal{E} corporis gaudis.

Fortuna bonorum \mathcal{E} initium sic finis est.

In precio premium nunc est. Ovidius.

Crescentem sequitur cura pecuniam. Horace.

Maiorumq; famae.

Pecuniam in loco negligere, maximum inter Ter-

dum est lucrum.

Exercitij, seu laboris & ignauiae.

DI I nobis laboribus omnia respondunt.

*Qui felices aliquando esse volunt laborare de
bet.*

Hora. *Qui studet optatam cursu contingere metā,
Multi et ruris fecit q[ui] puer, fudauit, & alfit.*

Sall. *Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere
omniscedunt.*

Gall. *Mala mille affligunt hominem, cui segne &
inutile corpus.*

*Nemo s[ecundu]m signavia immortalis factus est.
Difficilia, qua pulchra.*

Plaut. *Qui dormiunt libenter sine lucro et cum ma-
lo quiescunt.*

Intendes animum studijs & rebus honestis,

Hora. *Inuidia vel amore vigil torquebere.*

Desuetudo pigritiam, pigritia veterū parit.

Exercitium dormientem naturam excitat,

*morbos fugiat denique temporis lacerum est
& berrimum.*

Exercitium potest omnia.

Verg. *Labor omnia vincit.*

Improbus.

Spe ocij sufficitur labor.

Intensus labor, ac tenuis non gloria.

Magnae curae magna merces

*Quae laboriosas sunt iuuentuti studia, hæc sunt
Iucunda senectuti oca.*

Laboris condimentum est ocium.

Par est fortuna labors.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

*Si quid feceris honestum cù labore laborabit,
honestum manet. Si quid turpe, cù volu-*

Homines prouoeres ad uoluptatem sunt, quam ad uitutem.

Nulla capitalior pellis hominibus à natura data est, qua uoluptas nam ex hoc fonte prodit

Quicquid est in hominum vita scelerum & calamitatum.

*Ea Ad lestant, que contingunt expedita: quae
clero obijcuntur, non perinde suuant.*

Corruptela è muneribus.

56

PECUNIA uincere, spesiosum non est.

*Qui Remp. administrant, samen a capien-
dis muneribus non temparant, nec bons sunt ue-
ri nec tales habendi.*

*In syncerus fauor est, qui donis emitur, qua-
si minnas, ingens murmur, si tollas, sed iesso gra-
uis oritur.*

Iniuria.

57

*AD priuatas iniurias oportet principem
esse facilem ad ignoscendum, in ijs, que ledunt
Remp. decet esse severum.*

*Qui iniuriam faciunt, infolicieres sunt
quam qui patiuntur.*

Qui ueterē ipune fert iniuriā, iuitat nouā.

*Iniuria membra tenacissima est, at bene-
ficiū breuissima.*

Infusio.

58

*TERRITV DINIT aduersariu-
bus in theatri product. & deterret auijs. & ad
hirtum extimulat ingens, nō oino deplorata.*

*Remissa culpa, manet tamen prioris infi-
ma uestigium.*

*Quo fideius est crimen, hoc tenacissimaret
quid multos criminis suspicio, uel in innocen-
tissimum.*

*Non est aliquid amicis quib fidimus, comit
tibū, quod si effutant pariat nobis infamiam.*

Imperio.

Improbitas.

*EXTREMA improbitatis est linea,
etiam illudere quos affligeris.*

*Improbis est, qui scire beneficium accipere,
nescit reddere.*

*EX improbis coniectorib. nihil capit, nisi
probrum & ignominia.*

*Magna felicitatis est, ab improba muliere li-
berari.*

Impunitas. 60

*IMPVNITATE nihil periculosius est,
qua semper ad deteriora prolabitur.*

*Impunita iniuria exemplum, omnibus in-
iniuriam minatur. Etenim si licet impune la-
dere, quis tutus erit ab improborum molestia?*

Simultas. 61

*SIMULTATEM exercere cum se pub-
lio, indecorum est, ut in mortuum saeure.*

*Simultatem oportet mortem finiri, amici-
tiam non item.*

Loquacitas. 62

EX multiloquio pleraque nascitur incomoda.

*Quidam hoc praelaru existimant, si nunqua
sileant cum id sit certissimum fatuitatis argu-
mentum, ut contra silentium ubi loquendi tem-
pus non est, prudentia signum est.*

*Multiloquium non solum molestum est audi-
tores, merum estiam ad persuadendum inutile,
presertim apud principes cum varijs curis oc-
cupatos, cum auribus fastidiosis.*

*Peculiaris erat Lacedemonijs uerborum
paucitas, unde & ab eareligione breuiloquen-
tia laconismus dicitur.*

Stolido

*Stolidis oratoris manus loquacitas responso
indigna est.*

*Frustra de his verba fiunt, ad qua perficien-
da non suppetit facultas.*

*Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offen-
di sermone, quia in causa postulat logiore, adeo
nusquam non placebat frugilis. Nam ad
causam non magnam adhibere supervacuum
verum cupi, in luxuria genus est.*

*Effectu caret loquacitas : ructurnitas au-
tem certiora habet consilia.*

Brevis loquentia ducem decet maxime.

*Multa verba nequaquam arguunt sapien-
tem opinionem.*

*Equo effranti nemo non metuit insidere, at
plus est periculis à lingua effranti.*

*Est aliqua sapientis pars silentio?ultitiam
tegere.*

*Indecenter is magnifice loquitur, cui soires
non suppetunt orationis pares.*

*Nihil est violentius aure tyranni : apud bo-
nos etiam principes admonendi libertas verbis
placidioribus est temperanda.*

Silentijs turas sunt fidi pramia,

*Multis verbis Veritas non egit : rectius
meminimus, qua paucis verbis coprehesa sut.*

Orationis expedita brevitas est probanda.

*Ad causam non magnam adhibere super-
vacuum verborum copiam, luxuria genus est.*

*Prius cogitandum quid loquaris, quam lim-
qua prorumpat in uerba.*

*aduersim nihil male meritum audire ma-
ledicam linguam iniuria genus est.*

Q Nihil

Nihil oratione melius, si parce promas sanguis et thesaurum.

Nihil effundendum est, si quid libertius datum sit in coniuncto.

Maledicentia.

63

QVI passim maledicunt omnibus, eospalam est id natura sois facere, non ex eorum mente, quibus obrectantur.

Maledicentia contemnenda est, que non a iudicio, sed ab omni merito proficiuntur.

Aduersus nihil male nutritum, audire male dicam linguae, iniuria genus est.

Turpiter obiicit alteri vitium, à quo ipse immunis non est.

Perculose maledicunt alters, cui vel idem vel simile, vel diversum, sed deteriorum vitium potest obiici.

Omnium rerum nocetissima est calunnia.

Sapienti numero accedit, ut qui alios infectantur, ipsi gravioribus maledicantur.

Imprudenter in alterum vitium torquet, si in promptu est quod ipsi sciscimus obiciatur.

Mendacium.

64

MENDACII nomine continentur assertatores, calumnatores, infidi consiliarii, peruersi educatores qui fontes sunt fcre malorum omnium, quibus sum decessus turbatur vita mortalium.

Perfidia.

NIHIL eis tuto credi debet, qui in partiam perfidifuerint.

Stulte dubitat de peiorando, qui facinus per turio par non dubitaverit committere; eoq; in atrocis

atrocibus sceleribus nihil ponderis habet iusserandum, nem quisquis audet dare venenum, audebit et cum perire inficiare.

Inuidus.

66

QVI autem obtrectant aliena ludicra magis produnt morbum suum, quam detegunt mores alienos. Et qui ob res parum honestas ludant quae ipsa, aut ob ludabiles contuperant, indicat stultitiam suam peruersumque indicium.

Inuidus abunde dat panarum, etiam si nemo vescatur.

Vt ferrum absursum rubigine, ita inuidus suo spissus vestio contubescit.

Inuidus tam inutilis est ciuitati, quam locum tristico, ignarus bello.

Is, quos habet inuidia, magis sunt misericordia digni quam tra-

Inuidus non minus discruciat aliena felicitate quam suo insfortunio.

Avaritia.

67

NE S C I T pietatis sura regnandi cupido.

Ambitio male profundit quod male collegit auaritia.

Cupiditates, animi sunt morbi.

Malus enim est, cui non satiis est, id, quod satiis est ceteris.

Turpiter est ambitio ex utilitate cultus, quam ex amictu splendido.

Turpis est ambitio ex furo virtutis laudem, captans.

Adulatio.

68

BLANDI loquio nocentius.

Q 2 / Inge-

Ingenium hominum ad aliena vitia perspectus est, ad sua cacaum.

Prestolentissimum est genus adulacionis, sub libertatis imagine blandiri.

Aliena rectius prospicimus, quam nostra, et sibi quisque adulator est.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & stuporeante, sed philosophus est non ita commouere ut ab honesto recedat.

Nemo suam turpitudinem perspicit, sed sibi quisque adulator est.

Vt adulacionem affectare turpe est, ita mengeren tem se non oportet oratione repellere, profect enim in hoc vt homo perspiciat quid lis esse debeat.

Audacia.

69

FIT sapenumero, vt qui fragilis querit il ludere dentem, infringat soldo.

Periculosa est audacia, si hiires non suppetat spiritibus.

Expensio periculi renocat hominem ab audacia.

Assiduitate nimia facilitas magis quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur.

Bona est timiditas qua deterret a turpibus, & reddit hominem circumspiculum.

Mors.

70

HONESTA mors est, appetere proximis liberandis.

Magis metuunt mortem, qui domi habent & de possunt suauiter vivere.

Morsenibus praecepsum solet esse solatum spes vindicta.

Vt

*Vt tyranni vivunt insuuicissimis, qui morte
vehementer optant, ita mortem perinde me-
tuunt, quasi vitam suauissime degant.*

*Optimum est exire de vita, cum res sunt pro-
ficietissima.*

*Multos mortis consideratio deterret ab hone-
stis actionibus; contra mortis obscurio multos in-
vitat ad licentius peccandum.*

*Somnus profundior admittit omnem sensum:
Et uniuersi a corpore digressus, aliquando in
suum domicilium rediturus est.*

*Mors quidem mala non est sed iter ad mor-
tem miserum est.*

Somnus mortis est imago.

Ille vero viuit, q[ui] perperuo mortis metu viuit.

Mors omnium mulorum sensum adserit.

B I N I E

VIR O D E L I
TER IS OPTIME
MERITO D. NICOLAO
Tatrenio, Mecenatis suo,
Desiderius Iacotius
Vandopera-
bus. S.

VM Philosophici curricula tem-
pus tua singularis liberalitate
erga me pene absoluissimum. Ma-
cenas, quasi deoiascessus ad Ci-
ceronem tanquam in locum que-
dam amicorum relaxandi animi caussa in thi-
cifugendum putavi. Qui enim ab eo de phi-
losophia & eloquentia libri varie copioseque per-
scripti sunt, non solum, & non nisi admirabilis qua-
dam scientia, sed etiam suavitate dicendi &
copia legentium ita mouent animos, & qui eos
in manus suum pserit, deponere nunquam velit.
Hoc sonum negoti non nihil exhibere solet, quod
cum magnam partem in eorum philosophorum
qui cum florebant sententias & praeceptas expli-
candas sit occupatus, libris autem non extensis, ex-
quisibus, quid censuerint. possumus cognoscere;
hastare plerunque et dubitare solemus, nonnulli
libri etiam ex Platone aut Aristotele de promere
aliquid, quamquam alienum, quod rudioribus
ad rem facere videatur, ne insuspicionem igno-
ranciam veniant. Quod cum doctissimorum vi-
torum indicio incepit intelligere, philosophos
illos

los prope omnes, quorum sententia quadam la-
ma expressa sunt à Cicerone, sonum in locum,
quoad per vires licuit, conduxi. Et nominatum
iusque decreta in uno diuixat Cicerone con-
mista breviter conscripsi, Et eloquentia et phi-
losophia studijs disputationu capita, qua sunt
ipud Ciceronem, in medio posita haberent, Et
ex Cicerone Ciceronem interpretarentur. Quia
in re si à me praetermissum quid fuerit, quod
equidem in tanta librorum varietate Et op-
tionum multitudine nec dubito, ab aquis libro-
rum alienorum estimatoresb. veniam peto, Et
deci si aliqua ex parte ad palatum ficerint,
commodius Et obversus me, cum licebit, tracte-
turum promitto. Alias nihil moror. Te an-
tem, Mecenas, Et hoc qualecumque tandem
est, aquis bonis consulas, Et dum graviori-
bus incumbimus, nostra, Et cœpisti. Hu-
dias queas, vehementer etiam atque etiam re-
go. Valer. Lutetia. VIII. Calend. Ianuarij.

M. D. LIII.

DESIDERII IACOTII
VANDOPERANI DE
philosophorum doctrina Li-
bellus ex Cicerone.

VM essent plures orti se à So-
crate, quod ex illius varijs
dissensis & in omnem partem
diffusis disputationibus a Pla-
tonice potissimum immortalita-
te traditis, altius aliud apprehenderet, profe-
minata sunt quasi familiae dissidentes inter
se, & multum disiuncta & disperas: cum tam
omnes se Philosophos Socratis & dici vel-
lent & esse arbitrarentur. Inter quos prae-
puum locum tenent Academicis. Peripateticis,
Stoicis Epicures. De quibus sigillatim, &
distingue dicere difficile est, ob eam principue can-
sam quod cum eorum decretu queruntur, va-
riari inter Ciceronis interpretes, & dubitari
videtur. Sed primum illud tenendum est, quod
a viris doctissimis est animaduersum Ciceronem
omnia prope ex Stoicorum & Academicorum
nonorum disputationibus sumere, ex reliquis
paucis quadam aspergere Cuius residens face
re auitus dialectica qua usurpat in quibus Pla-
tonicum, aut Aristotelium nihil prope agno-
scas. Verum dicamus articolate quo ad fieri
poteris de Peripateticis. & Academicis, tum
de ceteris quorum à Cicerone praecepta notata
sunt, & quadam Latino expressa.

ACADEMICI ET

Peripatetici.

ACADEMICI & Peripatetici Gente
res rebus congruentes (aut Cicero) nominibus dis-
ferebant. Nam cum Spesippum sororss filium,
philosophia quasi heredē reliquisset Plato, duos
aut præstantissimus studio, atq; doctrina Xeno-
crate in Chalcedonum, & Aristotelem Stagi-
ensem qui erat cum Aristotle, Peripatetici do-
ctri sunt, quia disputabant in ambulantes in Ly-
ao. Illi autem, qui platonis instituto in Acad-
emia, quod est alterum Gymnasium, erant se-
cūm, & sermones habere soliti, ex loci vocabu-
lo nomen habuerūt. Quibus tamen nec sua am-
bulationes disfuerunt. Nā in spaciiorum sombra-
culis arboribus operorum, que à Cicerone cur-
ticula multiplici variorumq; sermonū appellan-
tuntur: pleruntq; in ambulantes de philosophia
disputabant. Nihil igitur, sicut dixi, inter Per-
ipateticos, & illā Veterem Academiā differe-
bat. Abundantia quadā præstabat Aristo. Sed
idē fons erat utrisq;, & radē reru expetenda er-
unt, agendarumq; partitio. De quibus multa
Tunc illustres laudes a 5. de Finib. bonorum
& malorum. Quod eum locum, quem ciuilē re-
de appellatur videmur. Grece πολιτικον, gra-
niter & copiose tractarunt. Unde etiam olem p-
pter extimam rerum maximarum scientia à
Gracis politici philosophi sunt appellatis: quod
multa de Rep. scripsierint, multa de legib. mult-

ea non solum praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus benedicendi, resquerint. Primum enim illa ipsa, quae subsiliter differenda erant politè, apteque dixerunt cum desinentes, tunc partientes; deinde ea, quae requirebant orationem ornatam, et grauen, magnificè sunt dicta ab illis splendidè de iustitia, de fortitudine, de amicitia, de astate degenda, de philosophia, de capessenda Republica, & fortitudine hominum. Itaque ex hac tanquam ex omnium artium officina innumerabiles in omni genere scientie praeflantes virros prodisse ait Cicero. Academici veteres qui lama fuerunt, quidam noui. In veteribus numerantur à Cicerone Plato, Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor. In nouis Arcesilas, Lacydes, Euander, Egesinus, Carneades, Clitomachus Philosophus. Quorum omnium decreta, que numerabisimus suo loco, de veteribus & nouis paucis haec nunc sufficiat in uniusversum posuisse.

Omnem virtutem esse mediocritatem. Bruto Sapientes non semper esse beatissimos. Tusi. Finem bonorum secundum naturam finire, id est fini primi a natura datis 2. de Finibus. 3. Offic.

Omnem ciuilem orationem in horum altero versari, aut definita controversia certis temporibus, ac reis, aut indefinita de ynuerso genere quisarere 3. de Orat.

ACADEMICI NOVI.

ACADEMICI noui, cum nihil percipi posse disserent, in suo ipso decreto fecerunt in ceteris rebus fluctuabant, ac de Diis immortibus erantem habebant, & vagam sententiam. Hinc Academium adolescentiorem Cicero & volatam appellat, & sursummodo hoc modo illuc philosophia veteris perturbatrixem: quam exoratam cupiebat silent, submouere non audet. Hunc erat institutum aduersari omnibus in disputando. & contra communem opinionem ratione aliqua pugnare, nihil affirmare, neudere in ea, quae satis scire ceteris philosophis instructa, & composita erant, & ruinas edere: denique quasi desperata cognitione certi, id sequi quod verissimile videbatur. Solebat vero is, qui audiire solebat, cum quasiisset tacere, tum alsus perpetua oratione contra disputabat. Quam disputandi consuetudinem suscepereunt Tusculani a disputationes, & est in libro de Facto. His est itaque perpetuum decretum fuit, Nullum posse percipi. 2. Acade. & 1. de Natura Deo. Quod quibusdam adeo placuit, & extrellum bonorum & summum munus sapientis esse dicerent, obistere vites, assensusq; siros firmes substat.

PERIPATETICI.

PERIPATETICI cum videbant nos haec genitos; ut communiter ad eas virentes

apsi essemus, que nota, si illustresque sunt, substitua-
 disco temperantiam, ceterasque generis eiusdem
 quo omnes similes artium reliquarum mate-
 ria tantum ad meliorem partem. Et tractus se-
 ne differunt. easque ipsas virtutes solerent nos
 magnificenter appetere. Et ardenter; habera-
 etiam insitam quandam, vel potius innatam
 cupiditatem scientiam, matorumque esse ad congrega-
 tionem hominum, Et ad societatem, communis-
 tamque generis humani, euque in maximis in-
 genuis maxime elucere, tolam philosopham
 tres in partes disulerunt. Una pars est in natu-
 ra differenda altera vivenda terrena. Natura
 sic ab iis inuestigata est, ut nullus pars cali, ma-
 ri, terra (ut poetice loquar) pratermissa sit.
 Quinetiam cum de rerum initio, omniisque mun-
 do locuti essent, ut multa non modo probabile
 argumentatione, sed etiam necessaria mathe-
 maticorum ratione concluderent; maximam
 materialium ex rebus per se inuestigates ad rerum
 occultarum cognitionem attulserunt. Ad plac-
 dos unimos multa afferebant spinas partendi,
 Et defensio[n]s permiscebant. De his sic dicit Cicero,
 Si omnia a philosophis essent petenda, Per-
 ipateticorum instauris commodeius fingeret se-
 oratio. Quis magis tuum, Brute, iudicium pro-
 bo, qui eorum, id est ex veteri Academiaphilo-
 sophorum sectam secutus es, quorum in doctri-
 na, atque preceptis differendi ratio consungetur
 cum suauitate dicendi, Et copia. Quanquam
 ea ipsa Peripateticorum, Academorum con-
 fuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec per-
 ficeret orationem possit ipsa per se, nec sine ea

orator esse perfectus Horum sententia, Et precepit aut huiusmodi.

Esse in nientibus hominum tanquam oraculum alsquod, ex quo futura praesentia, aut enfurore disuino incitatus animis, aut somno relaxatus solute mouetur, ac libere, secundo de Diuin.

Quia autem conjectura explicatur, aut eis, animaduersa Et notata sunt, ex genere disuino non naturalia, sed artificiosa, in quo Aruspices, Augures, Coniectores q; numerantur, improbanda. 1. de Diuis.

Duos esse, Et quatuor ex rebus omnia consta
re. 4. Tusc.

Plurimum Et longe lateq; plurimum tribuendum honestatis, sed tamen Et in corpore, Et extra, esse quadam bona, que ex altera parte collocata minimi momentis instar habeant.
2. de Finib.

Tria bonorum genera, maxima animi secunda corporis, externaterisa, 3. Tusc. 3. Offi. 3. de Finib.

Corporis commodis compleri beatam sit. am
3. de Finib. Mediocratem esse inter minimū Et parum. 1. Offic.

Mediocritatem vel perturbationū, vel morborum animi non probandum: omne enim malum, etiam mediocre, magnum esse. 3. Tusc.

Perturbari animos necesse, sed adhibendum modum quenda, quem ultra progrede non oporteat. 4. Tusc.

Perturbationes non solum naturales, sed etiam visiles à natura datas Vide 4. de Finib. et pri-

mo Officiorum de laudibus fortitudinis, & ira
cundia.

STOICI.

STOICORVM disciplina, quos Cicero in
Officiis, Tusc. de Legibus, Paradoxis, de Na-
tu. Deo sequuntur est quorum densissimis omnibus
fere libris plurimas sententias Latine ex-
presit, à Zenone prefacta est. Zeno enim, reli-
ctu metri Peripateticorum, & Academicorum
disciplina, multa in philosophia nouavit.
Cui maxime Arcesilas opposuit. Aliquetiam Sto-
corum disciplinam Academica ueteris corre-
spondentem assertabant. Antiochus enim Stoico-
rum, & Academicorum, qui Stoicam multa
uisurabant, settiam conciliare uoluit, utro-
rumque de cetera bona coturbauit. Et Cicero sit à
Peripateticis & Academicis omnia transstulisse,
nominib[us] alijs easdem ressecutus: & also
loco una de re esse solum dissensionem, quippe
cum antiqui omnes quod secundum naturam
esset, quo iuuaremur in uita, bonum esse decre-
uerint. Zenonibus, nisi quod honestum esset,
putauerit bonum. Alij non de terminis, sed
de tota possessione contentione esse auunt.
Qua de re usque in Antiocho, Doctissimi usi
suerunt, & omnes fere in differendo pruden-
tissimi: idque arte faciebant, tum definiendo,
tum partiendo articulato, & distincte, erant
que architecti pene uerborum. Iudicandi uia
diligenter persecuti sunt, iuueniendi tamen
artem totam reliquerunt. Subtile praterea, uel

spinosum patius differenda genus sequebantur
 ut est libro tertio de Finibus, qui fore totus est
 in defendenda et disciplina. Nam contortulis
 quibusdam, et minutis conclusiunculis quasi
 punctis que dumeta et laqueos aculeos dis-
 putationum Cicero nominat, concludebant
 hoc pacto: Quod est bonum, omne laudabile
 est; quod autem laudabile est, omne honestum
 est. Bonum igitur quod est, honestum est. Et
 tamen maxime frtri, et ut ita dicam, uer-
 teratione utebantur, atque sententia. Ceterum
 qua uim uirtutis misericordie renabant, propè
 absoluisti, et perfecti, denuo soli philosophi in-
 dicati essent, nisi eorum licentia Carneades re-
 stisset. Et ut uerba mordicus tenentes qua-
 si ex ore euelli solebant, horridiores erant
 in dicendi, sic morsibus quoque duriores euaf-
 serant. Ex omnibus philosophicis plurima
 nominauerunt, studiosissime exquirentes hu-
 de uerba essent ducta, et suo quamquam rem no-
 mine appellantes. Quibusdam etiam nomi-
 nibus utebantur, que prima specie admiratio-
 nem, re explicita, risum monerent. Aegro-
 tationes appellabant apud ostiata, que
 bus disputant enucleate. Bona, que alijs dice-
 bantur, eidem precipua, uel producta dice-
 bant, quebus beatam uistam compleri negant.
 Item media officia que communia sunt, et
 late patent, que et ingenij bonitate multis
 affequuntur et progressione dicendi: rectum
 uero quod appellant, perfectum atque abso-
 lutum esse. Et omnes numeros habere, nec
 prater sapientiam cadere in quenquam posse.

O μονογιαν quoque conuenientiam dicebant,
Et id ornū communis nomine corporis, antea
nisi voluptatem. Ceterum portenta Et flagi-
tia ab his, Et a poesis discuntur, multa cum su-
perflitiosa sollicitudine creduntur, multa e-
stiam praeclare, ut ex eorum sententijs Et prece-
piss, que acutissime defendebat, intellig. potest
hac fere sunt apud Ciceronem.

Deo esse qui mundum administret: quiq[ue]
consulat rebus humanis, προνοιαν dicunt
prudentiam. 2. Et 3. de Natu.deo. Et 4. de
Finib.

Mundum esse sapientem, habere mentem,
qua Et se, Et ipsum fabricata sit. Et omnia mo-
deretur, moueat, regat. Et c. id Luc.

Fore ut ad extrellum omnis mundus igno-
scat, cum, humore consumpto, neque terra ali-
posit, neque remeet aer, cuius ortus, aqua ome-
ni exhausta, non esse posse. 2. de Nat. deor.

Mundum natura constare, et administrari,
non ut gleba constat aut fragmentum lapidis,
aut aliquid huiusmodi null. i. cobarende natu-
ra sed ut arbor, ut animal, in quibus nulla te-
meritas sed ordo appetet, Et artis quadam si-
militudo. 2. de Nat. deor.

Acrem interiectum inter mare, Et calum,
Iunonis nomine consecrari, que est soror. Et con-
suetudines, quod Et similitudo est aeris, et cum
en summa consundito. 2. de Nat. deor.

Quatuor ex rebus omnia constare. 4. de finib.

Fato omnia fieri. de Fato Fatalis autem il-
lum necessitatem quamquam apparet dicunt esse,
ut quisquid accidat, id ex aeternitate, casu

surumq; continuatione fluxerit. 5. Tuscul. 2. de
Divinit. in cap.

Multa falsa esse, longeq; aliter se habere ac
sensibus videantur. In Lst.

Sensus ipsos, a sensu esse, quos quoniam ap-
petitio consequatur, actionem sequit. tolli autem
omnia siuisa tollantur in Luc.

Visa quæda mitti, à Deo, uelut ea, qua in
sommis videantur quaq; oraculis, auspiciis, ex-
tis declarantur in Luc. nat. dñi 4. dicitur di-
uisus. 3. de Nat. deo. 1. de Deo 2. refellitur.

Non singulis reorum fibris aut austrum canti-
bus interesse deum, sed ita a principio inchoatum
esse mundum, ut certis rebus certa signa
præcurrent, alia in extis, alia in aubus, alia
in fulguribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia
in somniantium uisis, alia in furentium no-
cibus. 1. de Divin.

Eos, anhelitus terra, qui frigidissint, cū fluere
capient, uetus esse, cum autem se in nubem in-
duerint, eusq; tenuissima quamq; partē cepe-
rint diuidere, atq; dissrūpere, idq; crebris fa-
cere, & uebem etiū tu fulgura, et tonitra
existere si autem nubium conflitu ardor expref-
sus sit emiserit illeffulmen 2. de Divina.

Similatque natum sit animal, ipsum sibi ca-
dari, & conēdari ad se conservandum, et ad
suum statu, et ad ea que conservatur sint eius
status, dirigenda, alienari ante ab interitu ijq;
rebus que interitu uidetur afferre. 3. de Fisib.

Plerisque tamen in principio naturalibus
diligendissim uoluptatem non esse ponendam.
3. de Fisib.

Diu mansuros animos cum corpore exceſſerint sed non ſemper. 1. Tufc.

Quia in terris dignuntur, ad ſoſum hominis omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatoſ. ut ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſent. 1. Officio.

Sapientem gratia nunquam moueri numquam curuſquā delicto ignoscere, neminem miſericordem eſſe, niſi nullum & leuem. Viri non eſſe neq; exor-ers, neq; plucurs. Solos sapientes, iſi diſtortiſſimi ſint forboſos: ſi mendaciſſimi, diuitiis ſi ſeruitutem feruant, reges: eos autem, qui sapientes non ſint, fugitiuos exiles, hoſtis, iſfantos, denique. Omnia peccata eſſe paria. Omne delitium ſcelus eſſe nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceū, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem ſuffocauerit. Sapientem nihil opinari, nullius reſ panitere, nulla in refalli, ſententiam mutare nunquam pro Murana. Sapientem omnia recte facere. 1. Tufc. Sapientis etiam ignoto eſſe amicū. 3. de Nat. deor. Amatorum, & amorem iſum, conatū amicitia facienda expulchritudinis ſpecie. 3. Tufcul.

Bonum nihil niſi honestum, quo virtus miſta nullam requiriſt voluptatem, atque ad bene ſuendū ſcipſa eſt contenta. 1. 2. 3. de Finib. 5. Tufc. 3. Officior.

Nullum eſſe pilum omnibus rebus talem, qualis ſit pilus altus. In Luc.

Voluptatem, ſublationem animi ſine ratio- ne, opinantis ſe magno bono frui nec latitiam nec gaudium in corpore. 1. de Finib.

Non optabiliorem, nec magis experendam
vitam, si sit longa, quam si breuis. 3.
Finib.

Non crescere bonorum fine. 3. Epist. 5. de Tim.
Item bonorum in una virtute 4. de Finib.
est secundum naturam vivere. 3. Offic. Quia
significantur bonum eiusmodi, vivere ad
uentem scientiam eorum rerum, que natu-
renarent, sicut Zeno. alterum diceretur of-
fici omnia meditari, aut pleraque seruare ut
vire. Tertium omnibus, aut maximis redi-
uimus secundum naturam sunt, frumentum
ure. Vide. 4. de Finib.

Si ad illam vitam, que cum virtute dega-
re, ampulla, aut strigilis accedat sumptuum
spietem eum vitam potius, quod hac adiulta-
rit, nec beatorem tamen fore. 4. de Finib.

Dolorem non esse malum. 2. Tusc. abesse a sa-
piente agrestis dinem. 3. Tusc.

Voluntate, qua Græcè Βούχλωσις, dicitur, id
est appetitus eius, quod bonum videatur, ad
mod adspicendum inspellit ipsa natura, esse
qua quid cum ratione desiderat. 1. Tusc. Vide
mitum. 4. Tusc. 1.

Eaque turpsare non sunt, nec verbis esse
bagitosa. 1. Offic.

Modestiam, scientiam esse eorum rerum,
qua agnoscunt, aut decenter suo loco collocanda-
rum. Ordinem vero, compositionem rerum ap-
plicat locis. 3. Offic.

Urbanitatem, esse virtutem. 3. Epist. Fam.

Omnes esse diuites, qui caelo, & terra frui
possunt. 7. Iob. Epist. Fam. 1.

350 DE DOCTRINA

Nihil esse sapientis præstare nisi culpam. 9.
lib. Epist. Famili.

Nihil esse obscenam, nihil turpe dictu. Nam
si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in
re esse, aut in verbo. nihil esse tertium. 9. lib.
Epist. Famili.

Crepitus aque liberos, ac ructus esse oportet.
9. lib. 9. Epist. Famili.

Fugere, non esse sapientis. 15. Epist. ad Brutum.

Sapientem non irasci. 3. de Orat.

Eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse.
3. de Orat.

EPICUREI.

EPI C V R V S, a quo Epicurei, a doctissi-
mis quibusque contempti, nominati sunt. homo
fuit mollis, & voluptarius, quasi puer delica-
tus, nihil cessatione melius existimans, sine ar-
te, sine literis, insultans in omnes, sine acumi-
ne collo, sine auctoritate, sine lepore, cautus,
secum pugnans, non tam facetus, quam ad
socandum liber. Pamphilum quendam Plato-
nis ait a se Samianum. Ibi enim adolescentes
habitabat cum patre & fratribus, quod in ea
pater eius Neotles Agricola generat. Sed cum
agellus eum noscens aleret, iudi magister fuit.
Nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil
neque pueribus quidem disciplinis. In physicis
Democritum, in quem tamen fuit ingratius,
secutus est. Cui adiecit perpanca mitians, sed
ita, ut ea, qua corrigere vult, depravare so-
dientur. Pieragni dicit eadem, atomos, inane, immo-

gimes infinitatem locorum, innumerabilitatem
 mundorum, eorum ortus & interitus, omnia
 ferè, quibus natura ratio continetur. Habuit
 & Nansiphonem magistrum, quod non negat,
 omnib. tamen cum contumelias vexat, metuēs
 nequid vngui ab alijs deditisse videatur.
 Aristoteles et Phedone Socratico turpissime ma-
 ledixit, & Metrodorus sodalis superflacrem Ti-
 mocratem, quia nescio quid in philosophia dis-
 sentiebat, totis voluminibus concedit, & sape
 in scriptis gloriatus est se magistrum habuisse
 nullum. Sua quadam nomina habuit, ut
 πρύτανες Grace appellavit, quām ante ne-
 mo ex verbo nominaret, antea cæptam animo
 res quandam informationem, sine qua nec in-
 telligi quisquam, nec quari, nec disputari pot.
 Eius selecta, brevesq; sententia, εὐπίας λόγοι
 nominata sunt. Eius est & titillationis vnu-
 bum, qua Voluptas sensibus adhibetur. Et cum
 tertium quendam modum diceret oris extra
 pondus, & plagam, cu declinas atomus inter-
 uallo minimo, id appellat, ελάχιστον. I' ovo-
 priav quoque aequabilis tributioñem dixit ex
 naturam, que est in summa illa ut infinita-
 tis, ut omnia omnibus, parsbus paria respon-
 deant. Scriptis libros de regula & indicio, de
 summa bona, de Voluptate qui (ait Cicero 1. de
 Diuin.) si corrosus esset, putarem annonam in
 macellock riorem fore. Item de sanctitate, de
 pietate ersus Deos. Duos & si pinguiginta
 annos esse tradunt. Quem familiares pre-
 ter quos non fere in cuiusquam manus cense-
 bat, tanti fecerunt, vt eius imagine non
 do in

do in tabulis sed etiam in peculis. Et anulis
haberent, assérerentq; unum uidisse uerum,
maximisq; erroribus animos hominum libe-
rauisse. Et omnia tradidisse, quae pertinuerent
ad bene, beate q; uiuentium sed plerosque mi-
nus eo delectari. quod ista Platonis, Aristoteles
Theophrasti orationis ornamenta neglexerit,
In physiis totus fuit alienus. Dialecticam ue-
ro, quod in ea plane inermis esset. Et nudus,
contemnebat Et irridebat. Tollebat distinctiones,
nihil de diuidendo, ac partendo docebat,
non quomodo efficiatur, concludetq; ratio,
tradebat, non qua via captiuis soluantur, am-
bigua distinguantur, ostendebat. Si enim, in-
guit, alterutrum concessero aut uicturum cras
Epicurum, aut non, necessarium esse, necessè
erit, cras Epicurum aut uiuere. aut non uiue-
re. Nulla autem est in natura rerum talis ne-
cessitas. In ea Philosophia parte, qua mores cofor-
mari putatur, ceteris uolunt uiders acutior. Cu-
ius sententia, Et praecepta sunt huiusmodi.

Deos esse, quod necesse sit prestante aliquam
esse naturam 1. de Nat. Deo. quodq; in omnibus
animis eorum notione impressissimè ipsa natura.
Anticipatione quandam uocat deorum sine do-
ctrina. Non nullis tamen uisum est, eum, ne in
offensionem Atheniensem caderet, uerbis reli-
quissime deos, refusissimè. 1. Et 3. de Nat. Deo.

Nihil curare deos, nec sui, nec alieni sed ma-
nogrammos Et nihil agentes, membris huma-
nis præditos, sed eorum nullum uisum habere.
In quo circuitione quadam deos uidetur tolle-
re lydeus, 2. de Nat. Deorum.

Deturum, quos perlucidos, & perflatiles in-
duxit sedem esse, tanquam inter duos ludos sic
inter duos mundos, propter metum ruinarum,
2. de Dsuis.

In deo openi nullam, neq; gratsum. 2. de
Nat. deo. ubi vñllatur.

Desum animantem esse specie hominis, quia
si pulcherrima omnium nec tamen eam esse cor-
pus, sed quasi corpus, nechabere sanguinem, sed
quasi sanguinem. Fugiebat enim individuo-
rum corporum concretionem, ne interitus, &
dissipatio consequeretur. 3. de Nut. Deo.

Deos beatos esse, & aeternos 2. de Finib.

Deorum opera mundum non esse fabricatum,
sed ex atomorum, id est individuorum, & soli-
dorum corporum, que suo deorsum pondere ad
lineam ferrentur (qui est naturalis omnium
corporum motus) complexionibus & copulatio-
nibus, & adhesionibus inter se, mundum om-
nesque partes mundi, quaeq; in eo essent, effici. 1.
de Finib.

Solem quasi pedalem, aut bipedalem, posse
etiam omnorem esse quam usdeatur. aut maiore
rem sed non multo, ut oculi aut nibil, aut non
multum mentiantur. 2. Acad. & 1. de Finib.

Nunquam sensus mentiri sed omnes ueros
esse in ipsaq; iudicia rerum posita. Quorum si
unus semel in uita mentitus sit sublatum esse
omne iudicium ueri, & scilicet 1. definib.

Nullam in natura rerum necessitatem.

Opinione a perspicuitate sciungendam, qui
uero conturbat cognitionem. 2. Acad.

Quicq; aut sit, aut siue, naturalib. fieri aut
fa-

sicutum esse ponderibus & motibus. 1. de Finib.
 Peccatis & hominis idem bonum. 1. & c. ad.
 Ad voluptatem & dolorem, & quae fugiamus,
 & quae sequamur, referre omnia. 1. de Finib. &
 2. Omnes animi & voluptates. & dolores
 ad corporis voluptates, & dolores pertinere.

Vlturnum bonum in voluptate, idq; sensibus
 iudicari, & commoneari. ut ne argumentandum
 quidem de eos sit. 1. 2. & 3. de Finibus. Voluptatis
 autem uerbo significari saporem, & cor-
 porum complexum, & ludos, atque canticos, &
 formas eas, quibus oculi incunde moueantur.
 3. Tusc.

Sumum malum, dolorem. 1. de Finib. & 2.
 Tusc.

Inter voluptatem, & dolorem, nihil medium.

Nam omni dolore, carere, non modo voluptatem
 esse, uerum etiam summam voluptatem, eam
 enim augeri, amplificariq; non posse. 1. de Finib. &
 3. Tusc.

Non minorem percipi voluptatem ex con-
 tentissimis oscis & potionibus, quam rebus ex
 quisissimis ad epulandum. 1. de Finib.

Cupiditatum via genera, unū eatur, que es-
 sent & naturales, & necessaria; alterum, que
 naturales essent, nec tamen necessaria; tertium,
 quo nec naturales, nec necessaria, quarum
 nec modus ullus, nec finis inuenire potest. 1. de
 Finib. Reprehenditur quod partem in genero
 nunc erat. Duo enim genera esse, naturales,
 manu & naturaliter item duo, necessarias, &
 non necessarias.

Non posse incunde uiri nisi sapienter, hon-
 esteq;

q; si uatur. nec sapienter, honeste, iuste,
acunde. 1. & 2. de Finib.

Rem definiri, non placere. 2. de Finib.

Sapientem semper esse beatum, finitas habe-
tur cupiditates, negligere mortem. 3. de Finib.

Honestum exp̄s propter uoluptatem, qui ne-
gant, eos inani uoce sonare uel, ut sit in Tusc. 3.
uoces inanes fundere. Sic enim loquebatur.

Parere animum rationi posse, & quo illa di-
cat sequi. 3. Tusc.

Leuationem agititudinis in duabus rebus
positam esse, auocatione & cogitanda molestia,
& reuocatione ad uoluptates contemplandas.
3. Tusc.

Opinionem mali agititudinem esse natura,
sive illud ante prouisum, & expectatu sit suo
muetrauerit: neque enim ueritate minus
mala, nec fieri premeditata lessora 3. Tuscul.

Naturales dimittas parabiles esse, quod par-
uo effet natura contenta. 3. de Finib.

Diminuitatem temporis ad beate uiuendū
nihil afferre, nec minorem uoluptatem percipit
in breuitate temporis, quam si illa sit sempiter-
na. 2. de Finib.

Nullam in sapientem nimis esse fortuna. 3.
Tuscul. & 2. de Finib.

Magnum, dolorem, breuem, longinquum, le-
uem. 2. de Finib. & 2. Tusc.

Nec gaudere quenquam nisi propter corpus
nec dolore. 1. de Finib.

Mortem nihil ad nos pertinere, quod sine se-
si sit, sed quod dissoluitur. 2. de Finib.

Si ueratur sapiēs, si crucietur, in Phalaris die

tauro fierit, dictum, quam suave est hoc,
qui in hoc non curio.

Z E N O.

ZENO Citticus ex Cypro insula, Stoicorum princeps & pater fuit, homo acutus, severus, cunctum, & libertatem loquendi amans. Is cum Polemonem audierat, Galdeq; subtiliter differeret, & per acute moueretur, Peripateticorum satis copiose & eleganter constitutam disciplinam corrigerere conatus est. Partitionem Philosophiae in tres partes retinuit. In ceteris sentiebat idem aliter loquebatur, nihilq; prae ter nouitatem verborum afferebat. Cui tamen cur hoc faceret, nihil iam causam fuisse, ait Cice. 4. de Finibus ubi de eo multa dicuntur. Si enim ea, que dicit, ita sentiret; inquit & verba significant, nihil inter eum. Vel Pyrrhonem, vel Aristonem preceptorem interesset: si autem non probabat, quid attinuit cum ijs, quibuscum re conueniebat, verbis discrepare? Breuisbus & acutillis conclusionibus & vellet, efficeret similitudine sape viens. Et visum, sensum, comprehensionem & scituriam gestu & similitudine manuum distinguebat. Nam cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum, inquisiebat, hucusmodi est deinde cum paulum digitos contraxerat, afferens hucusmodi. cum cum plane comprimitur, pugnumq; fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Quae ex similitudine etiam nomen erat, quod ante nos fuerat, nata dan+iv imposuit,

um autem lauam manum admouerat, Et il-
lupugnum ardete vehementer et compresserat,
scientiam talem esse dicebat, cuius compostem,
ut sapientem esse neminem Cum eo Acade-
mia noua magnaria fuit. Magnam præterea
molestiam primus suscepit. Et minime (Et
ut Cicer.) necessarium commentariarum fa-
mularum reddere rationem, vocabulorum cur
quidque ita appellatum sit, causas explicare.
Itaque cum Hesiods Theogoniam interpreta-
tur, tollit omnino vñitas perceptasq; cognitio-
nes deorum. Denique neque Iouem, neque Iuno-
rem, neque Vestam, neque quenquam, qui ita
appellatur, deorum habendum numero, sed re-
bus inanis, atque mutis per quandam
significationem hac tributa nomina. 1. de Na-
tu. Deo.

Aether a summum Deum, mete præditum,
quo omnia regantur. In Luc. 1. de natura deo-

Quatuor soli initia rerum: quinta. Arist.
naturam non adhibendam. 1. Academic. 4. de
Finib.

Animum, ignem. 1. Tusc.

Naturam esse ignem, qua quidque genuerit,
Et mentem, atque sensus. Ignem autem arsi-
fiosa ad gignendum progradientem via. 2. de
Natu. deorum.

Deum esse mundum, eumq; animantem. Et
ratione prædiuum: nihil enim posse effici ab eo,
quod esse expers corporis. 1. Acad.

Sensus iunctos esse e quadam quasi impulsio-
ne oblatæ extimsecus, quam nos visum appelle

Quae visis sunt, & quasi accepta sensibus, afferentem adiungere animorum, quae esse vult in nobis positam & voluntariam. 1. Academorum.

Visis non omnibus adiungendam fidem, sed his solum, quae propriam quundam haberent declaracione earum rerum, quae considerentur. Id autem visum, cuius ipsum cerneret comprehensibile. Quod cum acceptum tam & approbatum esset, comprehensionem appellans, similens his rebus, quae manus reprehenderentur. 1. Acad.

Quod erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellare, & si ita erat comprehensum, sed coquella ratione non possit scientia sin aliter, insciencia, ex qua existeret opinio, quae est imbecilla, & cum falso, incognitoque esset. Sed inter scientiam, & insciam, comprehensionem collocari, eamque neque in rectis, neque in prauis numerar, sed soli credendum esse. 1. Acad.

Sensib. fide tribuenda, quod comprehensio facta sensibus & vera esset, & fideles. 1. Acad.

Naturam quasi normam, scientia, et principium suis dedisse, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, e quibus non principia solum, sed rationes quedam ad rationem inueniendam vita repersuntur. 1. Acad.

Errorum & temeritatem, & ignorantiam, & opinionem & suspicionem a virtute sapientiae remouendum. 1. Acad.

Naturalem legem, diuinam esse, eamque vim obtinere recta imperantem, probabantemque contraria. 2. de Finib.

Rationem quandam per omnia pertinente uturam ut diu. nam esse. A ffris hoc idem trivendum, tum annis, mentibus, animis crumqz nututionsbus 1. de Nat. Deo.

Mundum animantem ratione regit: sapiens alioque ex se non posse animantem, compo-
nemqz rationis procreare. 2. § 3. de Natura
Deor.

Ipsius mundi, qui oia complexu suo coeret continet. naturam, non artificiosam solum, sed plane artificem, consultricem, & prouidam utilitatum, opportunitatumqz omnium. 2. de
Nat. Deor.

Contraht animum & quasi iubat atque con-
sidere, & ipsum esse dormire. 2. de Dius.

Omnem vim loquendi in duas diuisam par-
tes: Rhetoricam palma, Dialecticam pugno se-
malem, 2. de Finib. & in Orat.

In bona Virtute, qua est ingenij præstitia om-
nia, qua ad beatam Vitam pertinent, posita. in
Luc. 5. de Finib. & Tusc.

Catera aut et si nec bona, nec mala essent, t.e.
men alia secundum naturam, alia natura con-
traria ipsi ipsi, alia interiecta & media. Vide
in Luc sub finem. & 4. de Finib.

Esse Verum quoddam & simplex bonum,
quod non possit ab honestate sciungi. in Luc.

Sapientem, etiam si medicus sit, non beatum
modo, sed diuitem semperqz beatisimum. 5. de
Finibus.

Nihil malum, nisi quod turpe & vixiosum
sit 1. Tusc.

Virtute non posse constare si in cateris reb. ef-

set quicquam, quod aliud also melius esset, aut
perius. 4. de Finsb.

Dolorem asperum contra naturam, difficile
percessu tristem, durum. 2. Tusc.

Perturbationem sine quod τάχος ille dicit,
esse auersam, & reclaratione, contranatura-
nimi commotione, vel appetitu vehementiore,
qui procul abicit a natura constantia. 4. Tusc.

P Y T A G O R A S.

P Y T A G O R A S Pherecidis discipulus
fuit prestantis sapientia & nobilitate, summa
auctoritate sine colla hilaritate. Qui etem atq;
ocium sequutus a regendis ciuitatibus totum
sed ad cognitionem rerum translulit. Cum q;
vbi quid esset, quod disci posset, eo indicaret ve-
niendum. Ultimatis terras perigravit. Aegyptum
lustrauit, & Persarum Magos adiit, difficiles
Barbarorum regiones pedibus obiit, multa ma-
ria transmisit. Venit etiam Phliuntem, &
Leonis principe Phliastorum doceo & copiose
quodam differuit, non sine admiratione eius
ingenij & eloquentie. Philosophi nomen primus
inuenit, cum ante eum sapientes & haberentur,
et nominarentur, qui in rerum contempla-
tione studia ponerent. Inde, Superbo regnan-
te in Italiam, in qua fuit temporibus ipsdem,
quibus L. Brutus patriam liberauit: tenuit q;
magnam Graciam cum honore, & disciplina,
tum etiam auctoritate, ac eam & priuatum
& publice exornauit praestantissimus & insi-
titus & artibus. Locus, sedesq;, ubi vitam
edidit,

vidit, in metaponto est. Doctrina vero cum longe
plateis fueret, Romam permanuisse dicitur,
idque cum conjectura probabile esse, tum qui-
nisdam etiam vestigis indicari, ait Cicero.
Quis enim est, quis putes, cuī florueret in Italia,
Gracia potissimum & maximis viribus ea,
qua magna dict. est in hisq; primum ipsius Py-
thagora, deinde postea Pythagoreorum tun-
cum nomen esset, ut nulli alijs doctri viderentur,
Romanorum ad eorum doctissimas voces, aures
dauias fuisse? Quinetam arbitratur propter
Pythagoreorum admirationem Numam quo-
que regem (et si annis permultis ante fuit,
quam Pythagoras) Pythagoreum a posteriori-
bus existimatum. Nam cum Pythagora disciplo-
nam, inilita cognoscere, regisq; esse
equitatem, & sapientiam a maioribus suis
aceperisset. at item & tempora ignorarent pro-
pter vetustatem cum, qui sapientia excelleret,
Pythagora audirem fuisse crediderunt, Pytha-
goreos autem (qui Philosophi Italici nominan-
tur) carminibus solitos esse dicunt. & prece-
pta quadam occultius tradere (solabant enim
multa celare alienos) & mentes suas a cogita-
tione intentionem cantu, fidibusq; ad tran-
quillitatem traducere. Preterea si quid af-
firmarent in disputando, cum ex iis querere-
tur, quare ita eset. r. spolere solitos, ipse dixit.
Ipse autem erat Pythagoras.

Tantum opinio praeindicata poterat, sed etiam
sine ratione valeret auctoritas. Eius sunt hec sen-
tentiae,

Ex numeris & Mathematicorum initijs
R 4 profi-

proficiisci omnia. 1. Acad.

Aram deorum sanguine non aspergendum,
1. de Natu. Deo. Vide in Diogene Laer.

pietatis causa

Animum Deum per naturam verum omnē
intensum ē commeniantem, ex quo nostri ani-
mi carperentur. 1. de Natu. Deor. Sibi refelli-
tur delibatos animos ex conuersamente dissi-
na. de Sen.

Tum maxime pietatem. religionem ver-
fari in amicis, cum rebus diuinis opera demus.
2. de Legib in Acad.

In iussu Imperatoris Dei de perfidio ē sta-
tione fortia non decadendum. 2. de Legib.

Ad harmoniam canere mundum. 1. de Na-
deo. Vide Som. Scip. ē Arift. 2. de carlo.

Quis ceteris omnibus pranishilo habitis, eoru-
natura studiosē intuerentur, sapientia studio-
sos, id est enim Philosophos. 1. Tusc.

Summa sapientia rebus nomina imponere.
1. Tusc. Plato in orat.

Ad dormiendum, quo in somnijs rectiora si-
deamus, pparato, quodā cultu, ut q; Virtutē profici-
sci oportere, fabaq; abstinere quasi eo cibo mens
non venter inflesur. 2. ē 4. de Dñin.

S O C R A T E S .

IN Socrate fortia quadam Zephyrus ex
eius forma notauerat. Qua tamen ipse ratione
sta desecit. Sed sanctissime scrixerit, doctusq; pla-
ni ac omnibus etiam Apollinis oraculo sapien-
tissimus indicatus fuerit, omniumq; eruditis-

rum testimonio, ait Cicero, *Et totius iudicis
Gracia, cum prudentia, et acutumne, et veni-
tate, et subtilitate, cum vero eloquentia, ga-
rietate, et copia, quam se cunque in partem dedi-
set, facile princeps Archelaum Anaxagora de-
scipulum audiuit.* Dixit sas ita contempserat
in pompa, cum magna cum auri, argentique ferra-
tur, dexterat; quam multa non desidero. Nudis
pedibus, ipsaque durissimis fere semper erat. Quem
fidibus docuit senectute fere confectum nobis-
lissimus fidicem, qui Canus Socitatus est. de-
cens exercitationem exigitavit, atque con-
tempserat: cuius tamen sermones ab ipso, qui illum
audierunt, cum ipse nullam literam reliquis-
set, prescriptos varie copioseque, Cicero ista stro-
dice legit. Et cum eo vixissetibi videri dicat.
Dixit pleraque mirabilia Stoicorum, quae para-
doxa nominantur, premus a rebus occultis,
et ab ipsa natura involutis, (ut sunt nume-
ri, motusque, et unde omnia oriuntur, quo se
recedant siderum magnitudines, interalla,
cursus, et cuncta caelestia) in quibus ante eum
Philosophi occupati fuerunt, avocauit Philo-
sophiam, et ad eam communem adduxit.
Et de virtutibus, et virtutis omninoque de bonis
rebus, et males quereret: et caelestia au-
tem vel procul esse a nostra cognitione cen-
seret, vel si maxime cognita essent, nihil
tamen ad bene vivendum conferre, ob eam
que causam eum atiunt Philosophiam de ce-
lo deuocasse, et in domos intraduxisse. In
omnibus ferre sermonibus, qui a Platone, et
Xenophonte, et Aeschime prescripti sunt diligē-

ver, ita disputat, & nihil affirmet ipse, refellat
 alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum. eoque pra-
 fatur ceteris, quod ille, quae nesciunt scire se pu-
 tent. Ipse se nihil scire, id non nesciat, ob eamq;
 causam se arbitrari ab Apolline omnium sa-
 pientissimum esse dictum quod hoc esset una
 sapientia, non arbitrio se scire quod nesciat.
 Quia cum diceret constanter, & insententia
 permaneret, omnis eius oratio tum in virtute
 laudanda. Et in omnibus hominibus ad virtu-
 tis studium cohortande consumebatur; perfe-
 ctum sibi opus esse ratue si quis satis esset con-
 citatus sua cohortatione ad studium cognoscen-
 da, percipiendaeq; virtutis. Quibus enim id per-
 suasum esset. Et nihil mallent se esse, quem bo-
 mos viros, ius reliquam faciem esse doctrinam.
 Sophistarum qui arrogantisbus sane verbis do-
 cere se profitebantur, quemadmodum causa in-
 fessor fieri superior posset, opiniones percontan-
 do. Et interrogando (ut ex Platone intelligi po-
 test) elicere solebat. Et ad ea, quae hi respondi-
 sent, si quid videretur, diceret, de omnibus di-
 sparsis. Hac enim ratione contra alterius op-
 positionem differendo facilime, quod verissimum
 esset, inueniri posse iudicabat. Xantippe eius
 exor prudicare solita est, eodem cultu semper
 se sollempniter exuentem illum domo. Et reuerten-
 tem. Cum enim mentis, a qua sis singitur, nub-
 la fieret mutatio, erat quoque semper inde cultu
 sedem frons. Inductumque, quae ex pluribus
 cultus omnibus pertuerit quo cultus, queq; Graeca
 ιερον γραμmatizantur, plurimum est Iesus in
 sermonibus. Et societatibus, faceta etiam ele-
 gantibus

ganti ironia dissimulantiaq; longe omnibus
præstite. Homo enim minime inoptus, & id
etiam facetus, cū de sapientia disputaretur, hæc
sib; ipse detrahebat, eis tribuere illud est, qui ea
sib; arrogarent. Sot apud Platonem, in cœlu fert
laudibus, Prothagorā, Hippia, Prodicū, Gorgiā
& ceteros se autē omniū rerū insciū singit, &
rude. Discuntur ab eo dissociati diserti à do-
ctis, & deinceps à Socratis omnibus philoso-
phi eloquentia dispexisse, oratores sapientia,
hincq; dissidē illud existisse quasi lingua atq;
cordis. Sot alijs nos sapere, alij docere, docerent.
Scelere tandem & iniquitate iudicū in carcere
concessus est, in quo nec patronū quæsiuit ad iu-
diciū capitis, nec iudicibus supplex fuit (quo-
rit magister & dominus, videbatur esse potius
qui supplex aut reus) adhibuitq; libera contum-
maciā a magnitudine animi ductā, non a su-
perbia, & supremo vita dia, de immortalita-
te animorū multa differuit. & paucis ante die-
bus, cū facile posset educi ē custodia, noluit, cūq;
pene in manu mortiferū illud teneret poculu,
locutus st̄a est. Sot no ad morte truds, verū in cœ-
lu. Videatur ascendere. Critoni uero suo fami-
liari dixit, sibi post tertiu die esse moriendū, ut
dissē n in somnis pulchritudine eximia fami-
na, que se nomine appellans, diceret Hamericiū
quoniam eiusmodi uersum.

,, Tertia te Piatēpetas lata locabit.

Quod ut est dictū, sic scribit Plato cotigisse.

Vide de sepul. & Lysia oratione in Apoph.
Huius fere decreta sunt hæc apud Ciceronem.
